

DE
TESTAMENTI PRIVATI
SOLEMNIS,
A TESTATORE CONDITI,
PROBATIONE,
PER
SEPTEM TESTES, IN EO ORDINANDO
ADHIBITOS, INSTITVENDA.

ILLVSTR. ICTOR. ORDIN. AVCTORIT.

PRO
GRADV DOCTORIS
RITE OBTINENDO
DIE XII. APRIL. C^Io I^o CCLXXVII.
DISPVTABIT
CHRISTIANVS FRIDERICVS GLÜCK
HALENSIS.

HALAE,
EX OFFICINA GRVNERTIANA.

TERMINI PRATI
SOTIENS
A TATTOY CONDIT
PROBATIONE

SERATM TETTE IN SO ORNAMENTO
ANHINTOS MISTERIANTO

HISTORICORUM ALTONIENSIS

GRADA DOCTORIS

CHRISTIANUS HEDDERICHUS GRADUS

EX QUINTA CENSIBUS



ILLVSTRISSIMO
ATQVE
EXCELLENTISSIMO DOMINO
DOMINO
IOSEPHO CAR. MAXIMILIANO
LIBERO BARONI
DE FÜRST
ET
KUPFERBERG
AVGVSTISSIMI BORVSSORVM REGIS
IN CONSILIO STATVS ET IVSTITIAE SANCTIORI
ADMINISTRO ACTVALI
REGNI BORVSSICI, OMNIVM QVE PROVINCIARVM
MAGNO CANCELLARIO

RELIQVA.



1778
EXCELENTISSIMO DOMINO
JOSEPHOCAR. MAXIMILIANO
DE HAYRAT
KAPFERER
TAVOLISTAE IN DOLCISSIMA ET
PERFECTA MUSICA CONCERTO
ADMIRABILI VOTIVI
SIGILLIS POMPEI, ROMANIS, TURCICIS,
MAGNO CINCERIBUS

ILLVSTRISSIMO
ATQVE
EXCELLENTISSIMO DOMINO
DOMINO
CAROLO ABRAHAMO
LIBERO BARONI
DE ZEDLITZ
AVGVSTISSIMI BORVSSORVM REGIS
IN CONSILIO SENATVS, ET IVSTITIAE SANCTIORI
ADMINISTRO ACTVALI
SVPREMI CONSISTORII, OMNIVM QVE RERV M
ECCLESIASTICARVM
SVMMO DIRECTORI
REGIARVM ACADEMIARVM
CVRATORI SPLENDIDISSIMO

DOMINIS ATQVE MAECENATIBVS

SVIS CELSISSIMIS

SVMMA ANIMI DEMISSIONE

ARTIBVS

D. D. D.

A V C T O R

CHRISTIANVS FRIDERICVS GLÜCK.





DISSERTATIO IN AVGVRALIS
DE
TESTAMENTI PRIVATI SOLEMNIS,
A TESTATORE CONDITI, PROBATIONE, PER
SEPTEM TESTES IN EO ORDINANDO ADHIBITOS,
INSTITVENDA.

§. I.

Variae JCorum Senzeneae. Instituti ratio.


Probationem testamenti privati solemnis per septem testes, in testamento ordinando adhibitos, instituendam esse, defensuro mihi, ante omnia id agendum esse video, ut, quid efficere, & ex qua formula iudicari velim, ostendam.

Testes septem habiles, eosque specialiter rogatos, ad testamentum privatum solempne condendum requiri, hoc sciunt ipsi in iurisprudentia hospites, nedum intelligentes. Quod enim de Inda-

¶

Indarum gente laudat STRABO¹⁾ ob maximam illam, in pactis
conventisque servandis fidem, neque testibus uti, neque sigillis,
sed simpliciter credere, id longe secus erat penes Quirites, quibus
quippe ob fraudis rationem, fluxamque fidem nihil, quam fidem
testibus, tabulis, sigillisque fancire, fuit solennius. Egregie id de
sua aetate testatur PLAUTVS²⁾ his versibus:

*Heus tu, nostra actas non multum fidei gerit:
Tabulae notantur: adsunt testes duodecim:
Tempus locumque scrabit actuarius;
Tumen invenitur Rhetor, qui factum neget.*

Quos quidem Romanorum mores non immerito censet SENECA,³⁾
qui, o turpem, inquit, humano generi fraudis, ac inequitiae publicae
confessionem! annulis nostris plus, quam animis, creditur? In quid
isti viri ornati (testes, cives Romani) adhibiti sunt? In quid im-
primunt signa? Nempe, ne ille neget accepisse, quod accepit. Sed
si qua unquam in re, certe in testamentis perquam iis necessarius
erat testimoniū numerus. Quem fugit enim larga fraudum seges,
ab heredipetis Romae quotidie excogitarum? qui semper tan-
tum orabant,

— — — — — *Pulcra Laverna,
Da mibi fallere, da iustum sanctumque videri,
Noctem peccatis, & fraudibus obiice nubem.*

Nam

— — — *Quid non mortalia pectora cogis,
Auri sacra fames?⁴⁾*

Indeque etiam IVSTINIANO⁵⁾ teste, Lex, ne quid falsitatis in-
currat per duos forte testes compositum testamentum, maiorem te-
stimoniū numerum expostulat. Sed haec nota sunt omnibus. Quum
autem iam quaeritur, an & iudicem septem testes, in testamento or-
dinando adhibiti, requirantur ad testamenti privati solemnis con-
diti

1) *Rerum Geograph. Libr. XV. Edit. CASAVONI p. 103.*

2) in *Supplemento Aularum. vers. 62. seqq.*

3) *de Beneficiis. Lib. III. cap. 5.*

4) *VIRGIL. Aeneid. III. vers. 57.*

5) in *L. 32. C. de Fideicom.*

diti probationem, in diversas scinditur partes Senatus Interpretum. Sunt, qui ad probandam testatoris voluntatem ultimam indistincte duo sufficere testes omni exceptione maiores, sive testamentum scriptum sit, sive nuncupativum, sibi persuadent, ad hanc interpretum classem refero LEYSERVUM⁵⁾ BERGERVM,⁶⁾ Ill. Io. Aug. HELLELDIVM,⁷⁾ I. H. BOEHMERVM,⁸⁾ V. C. Carol. Frid. WALCHIVM,⁹⁾ STRYCKIVM¹⁰⁾ & novissime V. C. Georg. Aug. SPANGENBERGIVM¹¹⁾). Neque vero desunt, qui ad testamenti solenniter conditi probationem septem requirunt testes, eorumque iterum duplex quasi est familia: Alii enim ad testamenti solenniter conditi sive scripti sive nuncupativi probationem omnes illos septem testes in eo condendo adhibitos, tempore publicati testamenti requirunt superstites, ita, ut testamentum coram septem testibus solenniter conditum, licet ab initio constituerit, corruat tamen, si vel unus ex testibus prius deceperit, quam sigillum suum vel subscriptionem recognoverit, hacque in haeresi sunt Glossatores ACCVRSIUS & BARTOLVS,¹²⁾ DURANTES,¹³⁾ ROLANDI-
NVS,¹⁴⁾ GRASSVS,¹⁵⁾ SICHARDVS¹⁶⁾ & BE SOLDVS¹⁷⁾ Alii vero ad testamenti quidem nuncupativi simplicis solenniter conditi, probationem eos ipsos septem testes requirunt superstites, quos testator in ultimo suo elogio ordinando adhibuit, secus vero de testamenti scripti

5) in *Mediat. ad Pand. Sp. 355. Med. 4.*

6) in *Oeon. Jur. Lib. II. Tit. 4. §. 3. n. 5.*

7) in *Juri pr. for. Jec. Pandect. Ordin. Tom. II. Lib. 28. Tit. 1. §. 143. & 147. (Edit. 1771.)*

8) in *Doctr. Digestor. Lib. 28. Tit. I. §. 35.*

9) in *Introductione in controversias juris civil. Jen. & Lips. 1810 CCCLXXI. Sect. II. c. 4. Membr. 3. §. 8. p. 182.*

10) in *Tr. de caueulis Testamentor. cap. XV. §. 43. in fine p. 543.*

11) in *Comm. eleg. de muliere, ob testium solennitatem testimonii ferundi in Codicillis experie Goett. 1770. §. 14.*

12) ad L. 1. & 2. D. & C. *Testam. quem operiunt.*

13) de arte restandi *Tit. II. Caur. I. n. 2.*

14) de *Testamentis Rubro 62. n. 6.*

15) *Commun. Opinion. §. Testamentum. qu. 81.*

16) ad L. *publicazi. 2. n. 1. Cod. de Testam.*

17) in *Deliber. ex Lib. 28. & 29. D. qu. 9. Fol. 109.*

scripti probatione statuunt: ex quibus MASCARDVM,¹⁸⁾ MYNSINGERVM,¹⁹⁾ FARINACIVM,²⁰⁾ RANCHINVUM,²¹⁾ Casp. MANZIVM,²²⁾ MANTICAM,²³⁾ MENOCHIVM,²⁴⁾ Ant. FABRVM,²⁵⁾ HARPRECHTVM,²⁶⁾ L. B. de LYNCKER²⁷⁾ aliosque magni nominis Ictos indicasse sufficiat. Evidem in isto sententiarum divortio posteriori sententiae subscribere non dubito, & quum nemo adhuc

"Οὐςκεν ἐνγροῦν, καὶ τένομα μαδησαμένην,
data opera de hac quaestione! exposuerit,²⁸⁾ operae pretium faturum me putavi, de ea, si quae sunt, quae cogitaverim, non ingeniali ostendandi caussa, sed pro more eorum, qui sibi aditum ad Summos in utroque iure honores aperire volunt, Eruditorum disquisitioni subiiciendi. Habes de consilio, cognoscē de caeteris. Quodsi me aut natura mea, aut illa, quae requiritur, praestantis ingenii vis forte deficiat, aut minus instructus sim magnarum artium disciplinis, eum ego tamen, CICERONIS²⁹⁾ ex consilio, te nebo cursum, quem potero.

§. 2.

- 18) de Probationibus conclus. 643. err. Testamenti n. 8. & conclus. 339. n. 5.
- 19) Cent. IV. Obs. 98. n. 1. & 9. IDEM ad §. fin. n. 4. J. de fideic. hered.
- 20) de falsitate & simulatione qu. 156. n. 128.
- 21) in notis ad Guid. PAPAE decis. 337.
- 22) in Tractatu de Testamento valido vel invalido Ulmae 1726. Tit. V. Quæst. VIII. pag. 382.
- 23) de conjecturis ultimarum voluntatum Lib. II. Tit. II. n. 3.
- 24) de arbit. iud. quæst. Lib. II. Cent. 2. c. 105.
- 25) de Erroribus Pragmaticorum & Interpretum iuris. Chiliadis Pars III. Lugduni MDCIX. Decade LXVII. Error. 1. 3. 4. 5. 6. & 7. pag. 339. seqq.
- 26) in Consil. Nov. 44. n. 178 & 184. seqq.
- 27) in Respon. n. 7. n. 45.
- 28) Nota quidem suis est elegans Georg. Henr. AYRERI Comm. de testamenti minus solemnis coronæ uno teste nuncupati probatione iure iurando heredis supplenda. Goetz. 1748. Quæ vero cum solum uti ex Rubro patet, de Testamento minus solemnis probatione loquatur, mihi de probatione testamenti privati solemnis disputatu, haud verendum puto, ne post Homerum Iliada scribere velle videar.
- 29) in Oratore cap. 1.

§. 2.

Falsum est principium: plenam probationem duobus testibus, fide dignis, semper absolvit.
Sacra L. ii. D. de Testibus ancora molitur.

Plenam probationem duobus testibus fide dignis semper absolvit, semperque veritatem iuridicam duorum testimoniis, omni exceptione maiorum, unanimi testimonio effici posse, unanimis fere omnium iuris Interpretum est opinio. Quae vero sententia quo magis perversa est, lernaque falsarum conclusionum, eo magis, cane peius & angue, seu falsissimum principium, eam fugiendam esse existimo. Testium enim classicorum ea est indoles & quasi familia, ut, supposita vi eorum probandi interna existente, mox unicuis iam ex legum dispositione totam veritatem iuridicam dictis suis efficiat, ¹⁾ mox vero plures ad eum effectum requirantur eiusdem indolis homines, sique mox duo sufficiunt, mox vero leges, idque saepius, maiorem denario numerum requisiverunt. In lubricis enim maxime cauissimis, gravissima cura Legislatores caverunt, ne facilitate testimoniis negotii fides periclitetur. Eleganter in rem nostram teste **CALLISTRATO** ²⁾ Imp. D. **HADRIANVS** rescripsit ad **Valerium Verum de excutienda fide testimoniis** in haec verba: *Quae argumenta ad quem modum probandae cuique rei sufficient, nullo certo modo satis definiri potest: sicut non semper ita saepe sine publicis monumentis cuiusque rei veritas deprebenditur, ALIAS NUMERVS TESTIVM, alias dignitas & auctoritas, alias veluti consentiens fama confirmat rei, de qua quaeritur, fidem.* Ut vero in specie documentis ex ipsis iuris civilis fontibus allatis, demonstrem falsitatem principii: *quod nempe semper veritas iuridica duorum testimoniis omni exceptione maiorum fide effici possit*, notes, mox Legislatores, ad id, ut veritas iuridica adsit, testes requisivisse tres, reflectas ad dispositionem **IVSTINIANI**, ³⁾ sancientis: *super Chirographariis instrumentis*

B 2

instrumentis

1) Vide **Dionys. GOTHOFREDUM** ad L. 9, Cod. de Testib. Jo. Henr. CURTIUM in diss. de Teste unico, Marb. 1684. & Caspar Heinr. HORNII diss. de probatione plena per unum testimoniem. Vtib. 1693. In specie cap. II. & III.

2) in L. 2. §. 1. D. de Testibus.

3) in L. 17. cod. si cert. petatur aliud exemplum sistit L. 20. cod. de Fide instrumentis.



strumentis haec pro communi utilitate sancienda duximus, ut si quis pecunias credere supra quinquaginta⁴⁾ libras auri voluerit, vel super reddito debito securitatem accipere, cum amplius sit memorata quantitate, sciat non aliter debere chirographum a debitore vel creditore recipere, quam si TESTIMONIVM TRIVM TESTIVM PROBATAE OPINIONIS per eorum subscriptiones idem Chirographum capiat, etc. Mox QVINQUE testimoniū iuratas depositiones ad fidem praescripserunt iuridicam, inspicias Sanctionem eiusdem nostri IVSTINIANI⁵⁾ ita disponentis: Testium facilitatem, per quos multa veritati contraria perpetrantur, prout possibile est, refecentes, omnibus praedicimus, ut, qui in scriptis a se debita retulerint, non facile audiantur, si dicant, omnis debiti, vel partis solutionem sine scriptis se fecisse, velintque viles & forsitan redemptos testes super huiusmodi solutione producere, nisi QVINQUE TESTES IDONEI ET SVMMAE ATQVE INTEGRÆ OPINIONIS PRAESTO EVERINT SOLVUTIONI CELEBRATAE, HIQVE CVM SACRAMENTI RELIGIONE DEPOSVERINT, SVB PRAESENTIA SVA DEBITVM ESSE SOLVTVM, ut scientes omnes, ita ea statuta esse, non aliter debitum vel partem eius persolvant, nisi vel securitatem in scriptis capiant, vel observarint praefatam TESTIVM PROBATIONEM, his scilicet, qui iam sine scriptis debitum vel partem eius solverint, a praesenti Sanctione merito excipiendis, etc. Liceat mili flores quosdam circa hanc FLAVII nostri spargere dispositionem. Initium legis nostrae caussam impellentem tradit; ne testimoniū facilitate veritas iacturam sentiat. Facilitas minus recte a GOTHOFREDO in not. ad b. l. exponitur per facilitatem ad testimoniū

4) Mendum hic subesse perhibet SALMASIUS de modo usurpar. c. X. p. 428. ponitque pro quinquaginta tantum quinque, ideo quia in Nov. 73, c. 8, iam quinque testes in contractibus imperiti litterarum unam auri libram excedentibus requirat Flavius noster. Sed praterquam, quod parum acuminis requiratur, ad diversitatem unius. que dispositionis intelligendam, omnes medicas manus spernunt BASILICA, quae libro XXIII. num. 61, p. 335. scribunt ὑπὲ πεντάκοτα λιτρὰ χρυσοί. Quod idem repetit ad hanc legem THEODORVS interpres Graecus hts. g. p. 344. Nec minus unam libram in Nov. 73, c. 8. definitam eadem repetunt, BASILICA, Lib. XXII. p. no. ἦτε εἰ μίχη μίας χρυσοῖς λιτραῖς ἢ τὸ συνάλλαγμα.

5) in L 18. Cod. de Testibus, ad quam Legem videlicis V. C. Godofr. Ludov. MENCKENIUS eleg. commentationem Legis XVIII. Cod. de Testibus iuncta Novella XC. cap. 2. Lipsiae 1748.

monium ferendum, potius subscribo MENCKENII interpretationi, morum facilitatem intelligens. Quocirca vel fragilitas iudicii vel imprudentia, vel malitia & alia omnia, quae suspicionem excitant, comprehenduntur. Idem FLAVIUS noster luculentius adhuc metum calliditatis testimoniū alio exponit loco.⁶⁾ Non enim, inquiens, ut patescant, quae gesta sunt, testimoniū plures, sed quatenus adhuc amplius occultentur. Nam alia quidem scientes, alia vero pronunciantes, aut quae non sunt, dicentes, hoc ipso confitentur, quia ea, quae vere sciunt, neque volunt patescere, neque secundum ea proferri iudicia; sed quae nunquam facta sunt, haec & pronunciant & ad iudicium deferri querunt. Et quamvis antiquissimis temporibus eo nomine, ad compescendam testimoniū malitiam, gravissimum in falsos testes statutum sit supplicium, quem fugit enim, praecipites e saxo Tarpeio eos fuisse deiecos? deferuisse vero postea Romanorum in peierantes severitatem, deplorat GELLIUS⁷⁾ in eosque, qui falsum testimonium dicassint, extra ordinem animadversum esse testatur PAVLLVS.⁸⁾ Rescaturus itaque Imperator testimoniū facilitatem novo instituto, hac lege proposito, medicinas opposuit salutares, quinque testimoniū iuratas requires depositiones ad probandam solutionem debiti ex scripto facti. Eundem etiam quinarium testimoniū numerum IVSTINIANVS noster⁹⁾ in contractu imperiti litterarum, in scriptis celebrando, libram auri excedente, adesse iussit, ut ita talium instrumentorum suscipiantur

B 3

fides.

6) in Nov. XC. praefatione.

7) in Nov. Atr. Lib. 20. cap. 1. Adde CICERONEM de Offic. Lib. III. c. 31.

8) in L. 16. D. de Testib. inquiens, *Qui falso vel varie testimonium dixerunt, vel unriue parti prodiderunt, a iudicibus competenter puniantur.* Verbum competenter eleganter MENCKENIVS cit. conn. p. 7. interpretatur de competente extraordinaria poena pro gravitate dolis & damni dati dimerienda, ab eodem PAVLLO in eodem Lib. 5. *Sentent. Tir.* 5., ex quo nostra Lex defunta est, definita. Nam ut eodem in sensu in L. 1. C. de luer. advocator. competens Severinas occurrit, ita non infrequens TEIBONIANI vitium est, qui, dum strictim loquuntur, obscuritatem prodit, ut spem interpretandi perdituri simus, nisi ad fontes pervolemus. conf. Vir Cons. I. L. E. PUTTMANNVS in coniecturarum ad locos quosd. invis civ. depravat. decade. Lips. 763. § 3. in fine. & V. C. Herm. NOORDKERCK in Observationum decade. Amst. 1731. c. 9. p. 168.

9) in Nov. 73. cap. 8. § 9.

i quis
juper
quant
ore re
atae
t, etc.
cripse
ANI)
contra
simus,
dicant,
e viles
, nisi
GRAE
TAE,
SVB
ommer,
t, nisi
n TE
bitum
lis, etc.
ere di
tradit;
s recte
d testi
onium
bonique
testes in
Flavius
n unius.
SILICA,
3. Quod
4. Nec
a, Lib.
u. MEN
Novella



fides. Cogites porro caussam codicillorum: ¹⁰⁾ Quid? & Feudorum libri quinarium hunc testium numerum non ignorant, sic enim ad convincendum vasallum commissae in dominum feloniae quinque testes, summae atque integrae opinionis requiruntur. ¹¹⁾ Mox tandem non nisi septem testium fidem sufficere voluerunt legislatores. Cogites velim divertii faciendi rationem ¹²⁾ ab AVGVSTO in Lege Iulia de adulteriis ¹³⁾ ordinatam; cogites testamenta solemnia, de quibus in specie spatio sequenti dicturus sum; adeas porro libros Feudorum, ¹⁴⁾ & exempla etiam tibi suppetidabunt luculentia. ¹⁵⁾ Tandem adhuc monendum puto breviter id, quod nempe plerumque fieri soleat, ut si lex quaedam cuiusdam rei probacionem vel in genere, vel per testes in specie, numero tamen eorum haud definito, cuidam iniungat, statim in dicto VLPIANI: ¹⁶⁾ ubi numer-

10) L. ult. §. ult. C. de Codicill. L. 28. §. 1. COD. de Testam.

11) II. F. 57. in fine. cfr. ROSENTHAL de feudis. Cap. 12. Thes. 20. n. 5.

12) L. 9. D. de divorciis.

13) L. un. §. 1. in fine D. unde vir & uxor. Et quidem capiti IVto Legis Juliae de adulteriis adscribendum hoc caput esse, eleganter demonstravit Jo. GUIL. HOFFMANN in Libro sing. ad L. Julianum de adul. coercendis. Lips. 1752. cap. V. §. 8. p. 113. cfr. B. BRISSONIUS ad L. Julianum de adulteriis c. XXVIII. p. 123. Jo. GOTTL. HEINECCIVS in Comm. ad L. Jul. & Pap. Popp. Lib. II. c. 19. §. 1. pag. 324. & Alb. Diet. TRECKELL in Tract. de origine arque progressu testamenti factionis praesertim apud Romanos. Lips. 1739. cap. III. §. XI. num. 6. pag. 83. in fine.

14) cfr. II. F. 27. §. 3. & V. F. 10. versu. Item & incundiarius.

15) Singulos & plures adhuc casus, ubi ad veritatem iuridicam maiorem denario numerum requisiverunt legislatores, recensent NEPOS DE MONTE ALBANO in Tract. de Testibus num. 81. seqq. qui coniunctum cum aliis viginti sex authoribus, materiam de testibus illustrantibus, reperitur in libro inscripto: Tractatus de testibus probandis & reprobandis. Cap. Henr. uORN in cit. disput. cap. I. Thes. u. & Jo. Orte. WESTENBERG in Princ. Iuris sec. Ord. Digestor. Lib. XXII. Tit. V. §. 19-25. in Opp. Hanov. & Luneb. curante Io. Henr. LVNGIO 1747. editio Tom. II. p. 370. & seqq. Idemque & veteri iuri Germanico convenire probant Ius Prov. Saxon. Lib. III. art. 32. p. 385. edit. Guertneri. Weichbild Art. IV. Leges Anglo-Saxonicae apud David WILKINS VNM Collect. Leg. Anglo Saxon. p. 500. Suevo Gothicæ Lib. V. c. 34. p. 134. edit. MESSENII Leges Olisbalomicæ Art. 22. Sanctio Friderici II. Imp. pragmatica de anno MCCXIX. apud Goslarientes edita apud HEINECCIVM Antiqu. Goslar. Lib. II. p. 219. multaque aliae.

16) in L. 12. D. de Testibus.

numerus Testium, inquietis, non adiicitur, etiam duo sufficient: pluralis enim elocutio duorum numero contenta est, tanquam in sacra anchora acquiescant. Ex quo vero, quantum erroris in iurisprudentiam nostram irrepserit, dici non potest. Generaliter vero sciendum est, assertionem VLPIANI nostri non aliter observationem habere, quam si certus numerus nullibi in hac materia definiatur.¹⁷⁾ Quo neglecto, non raro corrupta interpretatio legem confundit.¹⁸⁾

§. 3.

Septem testes in testamento solenni ordinant adhibendi non tantum ad solennitatem, sed praeципue etiam ad probationem testamenti requiruntur.

Si quaeritur, utrum numerus Testium in testamento solenni a Legibus praescriptus requiratur ad solennitatem & formam testamenti externam, an vero & ad probationem testamenti, duas imprimis Interpretum sunt opiniones, quarum altera eo redit, ut eum ad solam spectare solennitatem dicat, cum contra altera numerum Testium testamentariorum tam ad solennitatem, quam praecipue ad probationem requiri affirmet. Inter quas, quanquam ea, quam primo loco posuimus, nostris temporibus, tantum sibi inter Doctos conciliaverit auctoritatem, ut, qui eam relinquant, inveniantur pauci, tamen, re penitus considerata, posteriori subscribere, nullus dubito. Quamvis vero probatione principii mei primi, *Testes nempe primum adesse solennitatis causa*, ideo, quia unanimis fere est haec Interpretum sententia, facile supercedere me possem, tamen, ne in qua re cui desufisse videar, ante omnia brevissimis id demonstratum ibo. Clare vero id probant *Impp. DIOCLET. & MAXIM.*¹⁹⁾: *Si unus, inquietes, de septem testibus defuerit, vel co-*

ram

¹⁷⁾ vide God. Lud. MENCRENSSI comm. cit. pag. 14. & Carl BRETTVM in ordine perantiquo iudiciorum civil. cap. 3. in HOFFMANNI Hist. Iur. Lipsiae 1726. Vol. 2. P. 2. p. 93.

¹⁸⁾ Exemplum eiusmodi perversae huius Legis interpretationis sicut tibi interpretatio usualis Nov. 107. cap. 1. videsis 1. d. WIBEKINGII diss. de incommodis per interpretationes usuales & observantias in iurisprudentiam invertitis. Erf. cis Viadr. c1000 XXXXVIII. §. 22.

¹⁹⁾ in L. n. Co d. de Testamentis.



ram testatore omnes eodem loco testes suo vel alieno annulo non signaverint, iure deficit testamentum. De his autem, quae interleta, sive suprascripta dicis, non AD IURIS SOLENNITATEM, sed ad fidei pertinent quaestionem, &c. Et adhuc clarius id affirmat IVSTINIANVS²⁾: Cum enim res, inquiens, PER TESTIVM SOLENNITATEM ostenditur, tunc & NVMERVS TESTIVM, & nimia subtilitas requirenda est. Sufficiat probasse primum, pervenio ad alterum, septem nempe testes in testamento solenni praecipue ad probationem testamenti requiri. Cuius quidem rei probationem, quum nemo pro dignitate eam adhuc exposuerit, magnamque, immo maximam in sententiam infra a me defendendam vim habeat, ita instruam pleniorum. Probat vero intentionem meam primum, ut ab initio rem repeatam, antiqua illa nuncupationis tabulavum, quae altera in testamento, quod per aes & libram fit, res erat, formula, quam luctuenter describit VLPIANVS³⁾: Nuncupatur testamentum, inquiens, in hunc modum; Tabulas testamenti testator tenens, ita dicit: HAEC VTI IN HIS TABVLIS CERISVE SCRIPTA SVNT, ITA DO, ITA LEGO, ITA TESTOR, ITAQVE VOS QVIRITES TESTIMONIVM PRAEBITOTE.⁴⁾ Implorati huiusmodi in testamento per aes & libram testimonii mentionem etiam iniicit THEODO- SIVS Imp. his verbis⁵⁾: Ideo veteres testamenta scripta testibus oferebant, oblatarumque perhibere testimonium postulabant. Et quum iam ita testes fine dubio ratiocinarentur, ut, si testimonium perhibere debeant, quem ad modum in tabulis cerisve scripta sunt, necessarie etiam scire eos oporteat, quae in tabulis cerisve scripta sunt, cum alias facillime vel ipse testator, vel alius alias tabulas substitue-

re

2) in L. 32. Cap. de Fideicomm. adde L. 20. §. 6. & 7. ff. qui testam. facere possunt.

3) Fragm. XX. §. 9. Addeſis ISIDORVM in Origgi. Lib. V. cap. 24. & APULEIUM de aſino aur. XI.

4) Alii hic legere malunt: perhibetote, quae tamen emendatio non adeo necessaria esse videtur. cfr. SCHULTING. in Iurisprud. Anteiusft. p. 629. & BYNCKERSHOECK. in Obs. I. C. Lib. III. c. 21.

5) in Novell. Conſt. Lib. I. Tit. 9. ex qua L. 21. C. de Testam. desumpta est, cui tamen Tribonianus facinore lumen historicum ademum est. Novellam vero hanc THEODOSII nostri exhibuit Guil. FORNERIVS Selectionum Lib. II. cap. 12. in Ever. OTTONIS Thesauro iuris Romani Tom. II. p. 60. edit. Baſil. 1744.

re possit, exinde explicari egregie possunt, quae sic narrare pergit Imperator: *Sed dum iuris antiqui cautelam paullatim mutat posteritatis imperita praesumtio* (quod nempe aliae tabulae substitui facillime possint) & *testes exigunt omnino, quae testamento continentur, agnoscere, eo res procepsit, ut, dum sua quisque nonnunquam iudicia publicare formidat, dum testibus testamenti sua non audet secreta committere.* — *intestatus mori malit, quam suae mentis arcana periculose patiatur exprimere.* Quid? Si Lex illa, quae in vetustissimo iuris Romani fonte invenitur, ita, quemadmodum penes *Aulum GELLIVM*⁶⁾ est, sese habeat: *qui se sierit testarier*⁷⁾ *LIBRIPENSIVE FVERIT, NI TESTIMONIVM FARIATVR, IMPROBVS, INTESTABILISQVE ESTO,* eaque ex omnium fere interpretationum Sententia ad omnem mancipationem pertineat, quid quaelo, si eam cum *VLPIANO* nostro conferamus, nobis remanet dubii? Sed adstat nobis etiam *VENVLEIVS SATVRNINVS*⁸⁾ in Lib. 2. de Officio Proconsulis ita inquiens: *Curent Magistratus cuiusque loci testari voluntibus, & se ipsis, & alios testes vel signatores præcere, quo facilius negotia explicentur, AC PROBATIO RERVM SALVA SIT.* Varia sunt, quae circa huius legis interpretationem ab Interpretibus eleganter sunt disputata, præcipue vero de Sententia verborum: *Curent magistratus cuiusque loci, testari voluntibus, & se ipsis, & alios testes vel signatores præcere, & qui meliorem reddiderunt arti nostræ faciem, hunc locum intactum non praetermisserunt.* Non lubet proferre in medium interpretationes non inelegantes *Fr. DVAREN*,⁹⁾ *Dion. GOTHOFREDI*,¹⁰⁾ *G. PANCIROLI*,¹¹⁾ nec acres, conviciisque conditas lites inter *Desiderium HERAL-*

DVM,

6) in Noft. Art. Lib. XV. c. 13.

7) Hic nempe testarier non nisi in passiva significatione accipitur, pro eo, qui finit, ut testis adhibeatur. cfr. Iac. GOTHOFREDVS ad Tab. VII. & ipse testatur *GELLIVS loc. cir.*

8) quae est L. 22. D. de Testibus.

9) in *Disput. anniverfar.* Lib. I. cap. 30.10) in *notis ad banc Legem.*11) in *Tbes. Variar. Legion.* Lib. III. c. 22.



DVM,¹²⁾) *Claudiumque SALMASIVM¹³⁾* exortas, recensitas iam
ex instituto, elegantissimeque refutatas a V. C. Hermanno OOSTER-
DYCKIO. Qui quidem V. C. Hermannus OOSTERDYCK¹⁴⁾ etiam
eleganti interpretatione VENVLEII nostri Fragmentum adorna-
vit, quam hic adiicere mihi liceat. „Quod usum verbi TESTA-
RI adtinet, inquiens, observare liceat, pleraque eorum, quorum
causa olim testes vocabantur, & adsumebantur, relata fuisse in ta-
bulas, easque testimoniis signis signari solitas¹⁵⁾ neque adeo nego, cum
ista in re praesenti fierent, (ut liquet ex CICERON. locis ab HE-
RALDO de auctor. rer. iudic. d. I. citatis. Add. APVLEII Metam.
L. II. pag. 125. edit ELMENHORSTII.) omnem istum actum TE-
STANDI nomine venisse, vel sic tamen angustior hic videtur signi-
ficatio vocis testari, si simpliciter intellexeris: de quocunque ne-
gotio tabulas, quae ad probationem valeant, confidere, & for-
tassis, si vera opinor, ut verus VENVLEII intellectus pateat, plus
uno sensu verbum istud hoc loco accipendum est. Observavit SAL-
MASIVS d. cap. ult. p. 882. triplici potissimum usu τοις testari ve-
nire, vel pro μαρτυρεῖν testimonium dicere (quod testimoniū est, unde
ipsi testes testatores dicti, nisi fallunt glossae iuris, & testatio pro
eo, quod a testibus profertur,¹⁶⁾ sed ea explicatio hoc non perti-
net, ob ea, quae HERALDV M adversus SALMASIVM admonuisse
modo dixi.) Vel pro μαρτυρόνοις testes facere,¹⁷⁾ testes vocare,
vel pro testatione declarare, ac testibus vocatis aliquid significa-
re.

12) de auctoritate rei iudicariae. Lib. I. cap. 6. §. 3. seqq. in Ev. Ottonis Thesau-
rius Rom. Tom. II. Basilei 1744. pag. 1104.

13) in Observar. ad Ius Attic. & Rom. cap. ult. pag. 787. seqq. sed pulchre SAT-
MASIO vices reddidit HERALDV in animad. ad SALMASIL Observar. ad ius
Att. & Rom. Lib. IX. cap. 6. §. 27. p. 446.

14) Hermanni OOSTERDYK. Iob. Tid. dil. p. ad Fragmenta, quae ex VENVLEII
SATURNINI libris de Officio Proconsulis superfluit. Traj. ad Rhen. MDCCCLV.
cap. III. §. 2. p. 495. Exstat in Thesaur. nov. Dissertat. in iudic. belgiorum.
Vol. I. Tom. II. curante Gerb. OELRICHS. Bremae MDCCCLXXI. editio.
Nro. VII. p. 447.

15) vid. DUAREN. d. h. & Barn. BRISSONIVS de Form. Lib. VI. p. m. 512.

16) Ill. van BYNCKERSHOECK in Obsr. J. Rom. Lib. III c. 8. Add. L. 9. §. 5. D. de poen.

17) vid. GRONOV. ad PLAUTUM in Cure, Act. 4. Sc. 4. vers. 8.

„re.¹⁸⁾ Utérque hic usus satis notus & obvius est, & si illis adie-
 „ceris notissimam significationem, qua testari designat, testamentum
 „condere, verum iter ad declarandum VENVLEII nostri fragmentum
 „planum esse atque apertum arbitror. Notissimum est, veteres in
 „omnibus fere, quae contrahebant, testes, facillima probationum in-
 „strumenta adhibere solitos; atque ea quidem, quorum caussa adhibe-
 „bantur testes, ut ante monui, tabulis inclusa, atque horum testimoni-
 „signis fuisse munita. Iam ponamus speciem. Finge advenam, &
 „aliunde ortum (nam de eo potissimum hanc speciem accipientiam esse
 „recte vidit HERALDV) buc locorum delatum, contractum cum al-
 „tero meditari, & eius quidem generis potissimum contractum, cuius
 „probationem supereſſe salvam sua maximi interest; Habere autem
 „iſtic locorum amicum familiarem, ac notum neminem, quo teste
 „utatur, coram quo contractum celebret, metuere etiam, ne adhibitis
 „ignotis capiatur. Tali in casu adeat ad eius loci magistratus, cura-
 „turos, ut adſint illi idoneae personae, quas adhibeat, quarum fidem
 „peracto negotio, haec ita gesta esse, implorare possit. Quodſi autem
 „eiusmodi personae ad manum non ſint, aut ipſe ille exoticus enixe a
 „magistratu contendat, ut hanc ſibi operam, quo ſecuriorem ſe ceneat,
 „exhibere velit, oportet & ipsi magistratus testes ſe praebant. Et ſi
 „de more iſta ſcripturae mandentur, tabulisque includantur, nec testes
 „illorū, neque adeo magistratus, ut ſignent, detrectare decet; Quae
 „omnia cum in finem animadvertit Ictus fieri debere, VT NEGOTIA
 „FACILIVS EXPLICENTVR, contractus ſcilicet minori difficultate
 „expediantur, ac probatio eius, quod geſtum eſt, in proclivi ſit. Haec
 „autem perinde locum habere, ſi TESTARI exponas, coram testimoniis
 „alteri declarare, testimoniis adjuntis denunciare, ut deinde declaratum,
 „ac denunciatum illorum testimonio probes, ſponte appetit illi, qui rem
 „paullo diligentius conſideraverit, neque adeo a me uberius declarabi-

C 2 tur

18) unde testario VLPIANO Fragm. Tit. III. ſ. 3. ſolemnis eſt coram obſignato-
 „ribus fida declaratio. v. Vertramm. MAVRVS in Not. ad TACITVM Annal.
 „Lib. XI. c. 27. p. 681. Edit. Gronov. Deſ. HERALDV de auct. rei indicat.
 „Lib. I. c. 6. ſ. 3. & Barn. BRISSONIVS de Verbor. Significatione voce
 „testari.



„tur. Denique si testari ex receptissimo eius vocabuli usū exposueris
„testamentum condere, erit quoque huius loci idonea sententia; ut,
„si quis alienigena in civitate aliqua agat, ac testari cupiat, neque ha-
„beat amicos ullos, aut certo non idoneo numero, oporteat huic rei pro-
„spicere eius loci magistratus, atque idoneas personas supremam condi-
„turo voluntatem sufficere, aut ipsosmet adesse.“ Haec Hermannus
OOSTERDYCKIUS. Argumenta, quibus vir Consultissimus suam
interpretationem haud sane inelegantem suffulcire studet, haec sunt,
quod *primum* hancce suadeat interpretationem generalis ratio, a VEN-
NVLEIO nostro adducta; quo facilius negotia explicentur, & proba-
tio rerum salva sit; quae utique ad Testamenta nihil magis, quam
ad caetera negotia pertinet, praesertim cum & in caeteris negotiis
testes, signatoresque intervenisse constet, praclare enim SENE-
CA¹⁹⁾ Utinam quidem, inquit, persuadere possemus, ut pecunias cre-
ditas tantum a voluntibus acciperent; utinam nulla stipulatio emtorem
vendorisi obligaret: nec pacta conventaque expressis signis custodirentur:
fides potius illa servaret, & aequum colens animus. Sed necessa-
ria optimis praetulerunt: & cogere fidem, quam spectare malunt. Ad-
bibentur ab utraque parte testes: ille per tabulas plurium nomina in-
terpositis pararii facit: ille non est interrogacione contentus, nisi rem-
manu sua tenuit. O turpem humano generi fraudis, ac nequitiae pu-
blicae confessionem: annulis nostris plus, quam animis creditur. In
quid isti viri ornati adhibiti sunt? In quid imprimit signa? nempe,
ne ille neget accepisse se, quod accepit; & quo etiam spectat PLAV-
TI²⁰⁾ illud:

Nostra aetas non multum fidei gerit.

Tabulae notantur, adsunt testes duodecim.

Tempus locumque scribit Actuarius.

Tamen invenitur Rhetor, qui factum neget.

Deinde quia & Graeci in Basilicis eo quoque modo legem hanc no-
stram

19) de Benefic. Lib. III. cap. 5.

20) in Suppl. Aululariae vers. 62. seqq. cfr. Carl BRETTVS de ordine peranti-
quo iudie. civ. cap. 36.

stram intellexerunt²¹⁾). Verum enim vero, quamvis non ego quidem sum nescius, quid egregie de Graecorum, in indaganda atque exponenda legum sententia, auctoritate scripscerit IAC. VOORDA²²⁾ videre, inquiens, illi potuerunt, atque significare etiam, quemadmodum scriptum fuerit in codicibus suis, procul dubio emendatis maxime, certe antiquissimis: quo vero sensu quodque fuerit scriptum, non magis potuerunt perspicere, quam qui vixerunt postea; tamen quaecunque cuique placuerit interpretatio, perinde mihi esse potest, sufficit, in eo omnes amice conspirare interpretes, legem nostram vel praecipue spectare ad testamenta, milique adeo, testium testamentariorum numerum vel praecipue probatōnis caussā requiri, putanti, in verbis, & probatio verum salva sit, egregie meum adstipulari VENVLIVM. Sed amice etiam consentiunt mecum Imperatores. Prodeat primum IVSTINIANVS²³⁾ cui, quo maiorem habeat auctoritatem oratio, omnem ipsi tribuamus sermonem. Ita vero ille: Cum enim res per testium solennitatem offenditur, tunc & numerus testium, & nimia subtilitas requirenda est. Lex etenim, ne quid falsitatis incurrat per duos forte testes compostum testamentum, MAIOREM NVMERVM TESTIVM EXPOSTV-LAT, UT PER AMPLIORES HOMINES PERFECTISSIMA VERITAS REVELETUR, Rescēcat in hac constitutione IVSTINIANVS noster quaestione quandam ex facto, quod Tribonianus, Exquaestor Sacri Palatii suggesserat, emergentem, indequē, uti recte obſervavit Godofr. Ludov. MENCKEN²⁴⁾, non est, ut hanc legem in censum L. decisionum referamus, quidquid etiam inscriptio praeſe ferat, cum hac de re, nondum enata, inter veteres Ictos, ante exaratum Codicem antiquum Iustinianum certamen agitari non potuerit, quibus tamen sopiaendis hae L. decisiones deserviunt²⁵⁾.

C 3

Quae-

21) vide Lib. 21. Tit. I. Tom. 2, p. 516. & Schol. Basilic. d. Tom. 2, pag. 500.

22) in Electorum lib. sing. Trai. ad Rben. 1749. cap. V. p. 68. Adde V. C. PÜTT-MANNVM in diff. de querela inoff. test. fratr. eter. haud concedenda. cap. 3. §. 1.

23) in L. 32. c. 1. de Fideicom.

24) in Progr. de probatōne per duos testes in casū L. ult. cod. de Fideicom. non admittenda. Helmstadīi 1756. pag. 4.

25) §. ult. INST. de libertin.

fueris
; ut,
ue ba-
ei pro-
condi-
annus
suam
c sunt,
a ve-
proba-
quam
egotiis
SENE-
as cre-
torem
odiven-
necessa-
t. Ad-
ina in-
iſi rem-
iae pu-
r. In
nempe,
PLAV-

nc no-
stram

peranti-



G

Quaestio vero sine dubio fuit haec: an, si sine scriptura, & praesentia testium fideicommissum derelictum sit, sed testator fidei heredis sui praesentis communis erit, ut vel hereditatem, vel speciale fideicommissum restituat, fideicommissarius, cum neque ex scriptura, neque ex quinque testium numero possit res manifestari, possit eligere heredis iuramentum, vel forsitan legatarii, vel fideicommissarii, quotiens ab eo relictum est fideicommissum, sive universitatis, sive speciale, heresque, vel legatarius illud subire teneantur? Respondet Imperator: necesse habere heredem vel legatarium, seu fideicommissarium, prius iureinando de columna praestito, vel sacramentum subire, quod nihil tale a testatore audiverit.²⁶⁾, & omni inquietudine se relaxare: vel si recusandum existimaverit sacramentum, aut certam partem, vel quantitatatem manifestare, fideicommissario derelictam, noluerit, si forsitan maiorem fideicommissarius expetat: omnimodo exactioni fideicommissi subiacere, & eum ad satisfactionem compelli, cum ipso sibi index, & testis inventatur, cuius religio & fides a fideicommissario electa est, nullis testibus, nullisque aliis adventitiis probationibus requisitis. Constat itaque Iustinianum in hacce Constitutione a norma codicillis ante constituta singulariter deviasse. Quum enim antea ab ipso FLAVIO nostro²⁷⁾ ad omnes codicillos tam scriptos quam nuncupativos, tam confirmatos, quam testamento non confirmatos quinque testium praesentia requisita fuerit, iam in hac Sanctione iterum constituit, ut, si testator praesensis heredis, nullis etiam testibus adstantibus, fidei communis erit, ut aliquid de hereditate ali restituatur, sancte ab eo voluntas adimpleri debeat, fideicommissariis potestate data, heredi desuper iuramentum deferendi, herede vero obligato, ut si fideicommissarius ius iurandum columniae ante praestiterit, sacramentum delatum iurare, aut si illud recusaverit, satisfacere actoris petitioni debeat.

26) L. 12. f. de fideic. hereditat.

27) L. 28 §. 1. COD. de Testam. cui cit. MENCKEN in progr. laudato etiam L. ult. §. ult. Cod. de codicill. adscribit, quamquam enim Tribonianus totam hanc Legem THEODOSII fecerit; nihil tamen minus, cum in L. 7. Cod. Theod. de Testam. & codicill. ex qua L. ult. Cod. Inst. de codicill. derivata est, de huius §. pli ultimi sanctione nec vola nec vestigium deprehendatur, recte Iac. GOTHOFREDVS ad dist. L. 7. manum Tribonianii notavit.

praesentia
 is sui praes-
 sum resti-
 quinque te-
 ramentum,
 elictum est
 , vel lega-
 tesse habere
 iurando de
 ale a testa-
 si recusan-
 tiam in te-
 n maiorem
 i subiacere,
 testis in-
 nullis te-

 Constat
 icillis ante
 ipso F. L.
 nuncupati-
 os quinque
 ne iterum
 testibus ad-
 restituatur,
 estate data,
 o, ut si fi-
 cramentum
 is petitioni
 debeat.

 lato etiam L.
 us totam hanc
 . Cod. Theod.
 est, de huius
 Iac. GOTHO-

debent. Sed ulterius adhuc progrereditur Iustinianus, atque non tan-
 tum in casu, si nemo testium adfuerit, sed & in casu, si minores
 quinque testibus, quid? si ipsi quinque testes sint, caussam per here-
 dis sacramentum vel dandum vel recusandum suam habere tam fir-
 mitatem; quam exactionem, sive pater sit, qui fideicommissum der-
 erit, sive extraneus, sancivit, hancce addens rationem; *ut aequi-*
tatis ratio communiter inter omnes procedat. Quam quidem ratio-
 nem hisce magis illustrat verbis: *cum enim res per testium solennitas*
tem ostenditur, tunc & numerus testium, & nimia subtilitas requiren-
da est. Verba egregia, nobisque maxime frugifera! Mens enim
 Iustiniani nostri haec est; cum fideicommissum probetur per te-
 stes, tunc ad probandum fideicommissum & numerus testium qui-
 narius, & nimia subtilitas requirenda est. *Subtilitatis notio insfor-*
mat officium iudicis, ut praeter numerum testium, etiam habilita-
tem, fidemque eorum, nulla suspicionis labo imminutam, pruden-
ter circumspectiat, in qua significatione passim²⁸⁾ subtilitatem accipi,
 certum est. Ex quo sole patet clariss, a) testes V. in codicillis pre-
 cipue requiri probationis causa. b) ad probandum fideicommis-
 sum non tantum quinque testes, in illo ordinando adhibitos, requi-
 ri, sed & habiles fideique dignos, de fideicommissio enim probando
 tota loquitur constitutio, nec certe haec fideicommissi probatio co-
 gitari prius potest, quam post mortem testatoris, cum vivo adhuc
 restatore heredi, qui non datur viventis, iuramentum super fidei-
 commissio derelicto, deferre velle, absurdii quid involveret; sed clari-
 ss adhuc expressit illud IUSTINIANVS in §. ult. J. de Fideicom-
 beredit. in verbis, & neque ex scriptura, neque ex quinque testium
 numero, qui in fideicommissis legitimus esse noscitur, possit res mani-
 festari, quae verba luculentissime probant, fideicommissum nuncupati-
 tum per quinque testes, in illo ordinando adhibitos, & tem-
 pore publicati testamenti adhuc superstites, probandum esse: Tan-
 dem c) veram omnino esse Godofr. Lud. MENCKENII sententiam
 in programmate citato ventilatam, fideicommissarium, nisi in fidei-

COM

28) L. io. f. i. D. de reb. dubijs. §. ult. J. de fideicommiss. beredit.



commisso probando & numerus testium & habilitas coniungantur, necesse habere heredi deferre iuramentum, nec admittendam esse probationem, per duos forte testes superstites instituendam. Sed pergit IUSTINIANVS aliam addens rationem, a testibus testamentariis in genere desumptam, inquiens; *Lex etenim, ne quid falsitatis incurrat per duos forte testes compositum testamentum, maiorem numerum testium expositulat: ut per ampliores homines perfectissima veritas reveletur.* Per haec sane verba non tantum argumenta nostra ex verbis antecedentibus deducta maius adhuc pondus accipiunt, sed ex iis etiam, numerum testium testamentariorum, veritatis iuridicae, de existentia & certitudine ultimi testatoris elogii evincendae gratia, praecipue requiri, tam est exploratum, ut, contra si quis dicere velit, non audiatur. Neque id etiam sine ratione. Nam maxime profecto necessaria Romanorum fuit cura, ut ultimis elogiis falsi periculum evitaretur, & ultimo mortalium iudicio sinceritas sua constaret. Quern fugit enim ingens illa Romae olim falsoriorum cohors, id unice agentium, ut nova quotidie falsi circa ultima testatorum elogia committendi genera, a PAVLLO ²⁹⁾ late descripta, excogitantes, lectulos aegrotorum,

— — — *ut vitulum lupus*

Rapturus adludit prius,

spe lucri obsiderent, & ceu vultures togati, hereditatibus defunctorum inharent ³⁰⁾? Inde non satis laudandum Imperatorum studium, curaque in id vel maxime incubuit, ut vitium illud Romae frequentissimum, quodque tanto detestati fuerunt opere Romani, ut eius autores Sicariis, beneficis, furibus, latronibus, raptoribus, aliquis scelestissimis mortalibus, qui nullam in se turpitudinem admittere verentur, comparaverint ³¹⁾, eosque Kāt ἔξοντα malos, audaces, & facinorosos appellare consueverint ³²⁾, e Roma proscibebant.

²⁹⁾ in recept. Sent. Libr. IV. Tit. 7.

³⁰⁾ PETRONII Satyr. c. vii. ubi sub Crotonis nomine Romae mores exiguntur.

³¹⁾ CICERO de officiis Libr. III. cap. 8.

³²⁾ TULLIUS Philipp. ult. LIVIVS Lib. 39. cap. 18.

gantur,
am esse
. Sed
stamen-
falsita-
naorem
fectissima
nta no-
us acci-
n, veri-
s elogii
ut, con-
e ratio-
ura, ut
am iudi-
Romaie
die falsi
LLO²⁹⁾)

rent.³³⁾ Quis ignorat celeberrimam illam a Cornelio Sulla latam,
ac perlatam Legem Corneliam de falsis, quae, quoniam praecipua,
& longe creberrima falsi fabricandi materia occurrebat in testamen-
tis condendis, saepius legis testamentariae³⁴⁾ nomine venire solet?
Quem praeterit porro illa adversus falsarios reperta obsignandarum
tabularum ratio, ne tabulae, nisi pertusae, ac ter lino per for-
mina traecto obsignarentur?³⁴⁾ Quae omnia cui, quaeso! bono in-
venta sunt, quam ne quid incurrat falsitatis? Et haec ipsa etiam
fuit ratio, quare Lex maiorem testium numerum in testamentis ex-
postulaverit, ne quid nempe falsitatis incurrat per duos forte testes
compositum testamentum, & per ampliores homines perfectissima ve-
ritas reveletur. Cum quo & convenit Sanctio illa CONSTANTII

Imp.

- 33) Sic adhuc Iustinianus innumeratas conqueritur falsitates, in iudicis suis tempori-
bus obvenientes v. Nov. 73. in pref. & memorabilem casum narrat falsitatis,
in testamento, a testibus ipsis commissa, qui apud Bythiniae provinciae iudi-
cent obvenit in Nov. 90. in pref.
- 34) CICERO in Verr. I. c. 42 PAVLLVS recept. Sent. V. 3. rubr. & § 1 MACER
L. t. D. de publ. iud. MODESTINUS L. 30. pr. D. ad L. Cornel. de Falsis.
VLPIANVS in L. 6. § 1. D. de extraord. crim. § 7. J. de publ. iud. cfr. Corn.
van BYNCKERSHOECK in Observat. Iur. Rom. Lib. III. c. 18. & Zachar. HU-
BERI d[icit]. de Lege Cornelia, quam memoria SVETONIVS in vita Caes. AVGV-
STI cap. 33. in EIVS dissertat. iurid. & philolog. Parte 2da, Francq. MDCCVI,
Diss. II. pag. 74.
- 35) SVETONIVS in Neroni cap. 17. qui Neroni hanc tabularum obsignandarum
rationem repertam tribuit. Verum hunc signandi morem potius Io. Iac. MAS-
COIVS in diss. elegantiss. de his, qui sibi adscribunt in testamento, ad explica-
tionem SC. LIBONIANI & Edicti p. CLAVDII. Lips. 1731. & rec. 1739. Sect. I.
§. 20. cum Petru FABRO Scio Libonianu vindicandum putat, ideo, quia 1) apud PAVLLVM Lib. V. recept. Sentent. Tit. 35. ad L. Cornel. testamentar.
legerit: amplissimi ordinis decreto cautum fuisse, ne tabulae nisi pertusae, ac ter
lino per foramina traecto obsignarentur. Iam vero potior si letorum auctoritas,
quibus haud dubie noti fuerunt auctores legum, in quas ipsi commenta-
rios ediderunt, earumque tituli, longo fori & iudiciorum usu conserati;
2) quia mos ille signandi in primis co[n]spiratus fuerit, ad fidem maiorem ta-
bulis conciliandam, adeoque congruens intentioni Scii Libonianii. Et 3)
quia verba Suetonii statim subsequuntia: ac ne quis alieni testamenti scriptor le-
gum sibi adscriberet, ex Imperatorum tam, quin letorum, quos in §. 4. seq.
recenset, auctoritate, ad Scium Libonianum pertineant, non incongruum erit,
& hoc ei vindicare.

D



Imp.³⁶): In codicillis, quos testamentum non praecedit, sicut in voluntatibus testamenti, septem testium vel quinque interventum non deesse oportet. Sic enim siet, ut testantium successiones sive aliqua captione serventur.³⁷). Quo iure itaque dissentientes nobis occinant Plautinum illud³⁸)

*Nec vobis auctor ullus est, nec Vosmet estis ulli
iam iustus rerum arbiter diiudicet.*

§. 4.

*Ulterius probatur, ex tabularum penes Romanos aperiendarum anti-
qua ratione.*

Progredior adhuc ulterius in demonstranda propositionis meae veritate, atque haud leve etiam in aperiendarum penes Romanos tabularum ratione invenisse credo argumentum. Postquam *Lex Iulia vicesimaria ab Avgusto lata*, qui primus vicesimam hereditatum, aerarii militaris, novo aliquo vectigali locupletandi caussa introduxit, simulque in capite ejus secundo¹⁾ de aperiendis testamenti tabulis cavit, ab eo, inquam, tempore omnia nunc ultima elegia publice apud competentem iudicem²⁾ aperienda esse invaluit, simulque praetores sua de aperiendis, inspiciendis atque describendis testamentis edicta proponere cooperunt. Et quamvis haec prima ultimi elegii tabulas aperiendi necessitas tantum heredem ad eas publice proferendas constringeret, sequentibus tamen temporibus etiam

36) in L. I. C. THEOD. de testam & Codicill. verba *septem testium vel qui que* &c. referunt se ad formam testamentorum tempore Constantii usitatem, nmp: ad testamentum per aes & libram & Praetorium v. GOTTHOFREDVS in Comm. ad h. L. & Vit. Illustriss. WESTPHALIVS von der Rechtskraft dicer Codicillo, welche in einem daneben vorhandenen Testamente bestaetigt sind, in denen Hall. Lovell, de anno 1772. Nro. 40. §. 15. no. 2.

37) adeo Nov. LEON. 42.

38) in Circul. Aet. IV. Scen. 2. vers. 12.

1) PAVLLVS Lib. IV. Sent. Tit. 6. §. 2. VLPIANVS in Coll. LL. Mys. & Rom. Tit. ult. §. ult. cfr. Abrab WIELING in Lectionibus iuris civ. Trai. ad Rhen. 1740. Lib. II. c. 32. p. 26.

2) L. I. C. *Quemadmodum test. aper. quodque ius tempore PAVLLI & VLPIANI habuere Praetores, uti ex Tit. D. Testam. quem. ap. patet.*

etiam invaluit, ut ipsi testatores ultimi elogii tabulas, solenniter ante conditas, sponte ac ultro nunc apud acta iudicialia iudicis competentis insinuarent, eaque ratione tam subtractionem earum ex domo sua post mortem, quam etiam alia falsi circa eas facile committendi genera impedirent⁵⁾). Duplex exinde invaluit etiam tabularum publicandarum ratio, a testatore apud acta insinuatarum altera, altera ab herede prolatarum post testatoris mortem. Priorem egregie nobis descriptere *Imp. VALERIANVS & GALLIENVS*⁴⁾ recribentes: *Testamenti tabulas ad hoc tibi a patre datas, ut in patriam perferantur, affirmans: potes illuc perferre, ut secundum leges moresque locorum insinuantur, ita scilicet, ut testibus non praesentibus adire prius vel pro tribunali vel per libellum rectorem provinciae procurares, ac permittente eo honestos viros adesse facias, quibus praesentibus aperiantur, & ab his rursum obsignentur.* Posterior vero ratio erat haec. Aperienda erant tabulae statim ex *Legis Iuliae sanctione*⁵⁾, neque tamen prius, quam de morte testatoris certo constaret⁶⁾. Quum autem ea, quae *statim fieri* dicuntur, aliquot dierum laxamentum admittere soleant, receptum fuerat, ut tabulae aperirentur die tertio vel quinto, non a mortis die, sed a tempore, quo *insta facta fuerant testatori id est a die decimo*, qui mortem testatoris sequebatur, numerando⁷⁾, qui decem dies feriae denicales dicebantur, intra quos nihil auspicio agebat familia⁸⁾, intra praesentes, absentes D 2 vero

- 3) conf. Georg. Sam. MADIDIUS diss. eleg. de validitate testamenti non rite oblati. Hal. 1771. f. 8. & seqq.
- 4) in L. 2. cod. Quenadim. Testam. aper.
- 5) PAULVS recept. Sem. l. c. §. 3. hanc addens rationem: *nec enim oportet testamentum heredibus, aut legatariis, aut libertaibus, quam necessario vestigiali moram fieri.*
- 6) L. 2. §. 4. D. Testam. quem. aper. cfr. Zach. Huberi diss. de *Testamento Iulii Caesaris*, quod SVETONIVS refert in eius vita cap. 83. c. i. §. 8. in EIVS diff. fert. Franeq. 1703. iunctum editis, part. i. p. 132.
- 7) uti egregie probatum ivit Io. GOTL. HEINECCIVS in Comm. ad Leg. Iuliam & Pap. Poppaeam. Amst. 1731. Lib. III. c. 2. §. 2. p. 377.
- 8) FESTIVS v. denicales. Septem enim dies cadaver domi deplorabatur, octavo effrebaratur sed rogum; non colligebantur, tumultuque condeabantur reliquiae, decimo lustrabatur familia. V. Inc. GVTHERIVS de iure manum f. de ritu, more, & Legibus prisci funeralis Lips. 1671. Lib. I. c. XVI. seqq. & Lib. II. cap. VII. & Ilo. GOTL. HEINECCIVS c. l. §. 2. p. 377.

in vor
on decess
captione
nt Plau

nis meae
manos ta
Lex Iulia
ditatum,
introdu
menti ta
a elogia
aluit, si
ribendis
ec prima
n ad eas
poribus
etiam

ui que &c.
nemp: ad
s in Comm.
derer Codic
d. in denen

of. & Rom.
ai. ad Rhei
PTANI ha-





vero iis, quorum intererat, intra eosdem dies⁹⁾, postquam super-
venerant. Hos intra dies tres vel quinque primo omnium tabulae
offerendae erant magistratui competenti¹⁰⁾. Nisi enim, ut oport-
ebat, essent oblatae, heres scriptus in possessionem mitti frusta de-
fiderabat¹¹⁾. Deinde antequam tabulae aperiri poterant, Praetoris
erat officium, ut cogat signatores convenire, & sigilla¹²⁾ sua re-
cognoscere¹³⁾, vel negare se signasse: publice enim expedit, supre-
ma hominum iudicia exitum habere¹⁴⁾, nam si quis neget, sigillum
suum

9) PAVLVS Lib. IV. Sent. Tit. 6 §. 3.

10) L. i. C. Quem. Testam. aperiant.

11) PAEVLS recept. Sent. Lib. 3. Tit. V. §. 17.

12) Ratio, qua propter Praetores tantum in Edictis suis recognitionis sigillorum
mentionem faciant, non itidem subscriptionis testium, sine dubio fuit haec,
quia eo tempore, quo Praetores sua de aperiendis testamenti tabulis propone-
re coepérant Edicta, post latram nempe ab Augusto Legem cuiam vicelima-
riam, nondum in usu fuit subscriptio testium. Certe in ipso adhuc AVGV-
STI testamento, quamvis omnia iuxta civilis haberet requilia, in coqure teste
SVETONIO in vita Neronis c. 4. familiae emitor adfuerit, fueritque obsigna-
tum. SVETONIVS in vita Augus. c. ult. & Tiberii c. 23. mentio tamen sub-
scriptionis testium desideratur, neque Neronis tempore in usu fuit testium
sui scriptio, uti recte contra Claud. SALMASIVM in Tr. de subserbendis &
signandis testamentis Lugd. Batav. 1684. c. 2. & in Tr. de modo Usurarum. c. XI.
p. 442. & 459. obseruavit Alb. Dier. TRECKELL in Tractatione de origine &
progressu testamentis factiōis praefectūrum apud Rom. cap. III. §. 52. not. x. p. 183.
Id, tamen negandum non est, tempore VLPIANI & PAVLII subscriptio
nem testium in testamentis non minus fuisse necessariam, quam obsignatio-
nem, ut patet ex L. 22 §. 4. & L. 30. D. qdi testamenta facere prſ. cfr. TRE-
CKELL cir. in Tractatione c. I & V. C. Georg. Lud. BOEHMER in diff. de testi-
menti signati & subscripti a testibus in involucre vi & anchoritate. Goett 1746. s. VI.
ut itaque frusta natales eius vindicentur Theodosio Iuniori, qui tantum con-
stituções Antecēsorum suorum comprobavit in L. 22. Cod. de Testamento.

13) L. 4. D. Testam. quemadmodum aperiant.

14) L. 5. D. eod. Sed non inelegans oritur exinde quaestio, an recognitiones sig-
naculorum fuerint iuratae, nec ne? Negant plane STRYCKIVS de caueis
Testam. c. 13. §. ii. & DVARENVS ad Tit. D. Testam. quem aperiant. Affir-
mat CAREZOVIVS P. I. Conf. 17. def. 12. n. 12. Neutri subscribens sic sen-
tio, ab initio & in regula sufficiſſe solas sigillorum recognitiones imputatas,
num forsitan ideo, quia, ut THOMASIVS in diff. de fide iuridica Hal. 1699.
cap. I. §. 61. & Io. Sam. STRYCKIVS in diff. de testimonio iurato Hal.
1707. cap. I. §. 13. intrepide scribunt, veteri iure Rom. ignoratum fuisse re-
stium iuramentum usque ad tempora Constantini? Minime, eorum enim ar-
gumentis eleganter iam satisfecit Chr. Gotth. REINHARDVS in med. de testi-
bus



sum agnoscere, non ideo quidem minus aperiebantur tabulae, sed siebant suspectae¹⁵⁾). Agnitis vero ita signis, rupto lino, Praetor aperiebat tabulas, recitandasque curabat. Sed quid si non omnes adessent signatores? Sufficiebat, si maior pars signatorum fuerit inventa, poterat his intervenientibus resignari testamentum & recitari¹⁶⁾). Si signatores vero quidam abessent, tabulae ad eos mittebantur, ut signa agnoscerent, ne suo incommodo se ad locum hereditatis iacentis conferre, officiumque sibi damnosum praestare tenerentur. Sim plures vel omnes abessent, in causa urgente praesentibus optimae opinionis viris tabulae aperiabantur, & post descriptum & recognitum factum ab iisdem, quibus intervenientibus apertae sunt, obsignabantur: tunc deinde eo mittebantur, ubi ipsi signatores sint, ad inspicienda sigilla sua¹⁷⁾). Quae anxia subtilitas, quae nimia scrupulositas cur quoelso requirebatur in aperiendis ultimi deficientium elegii tabulis, nisi, ut perfectissima veritas, testamentum prolatum a testatore, de cuius hereditate quaeritur, indubie esse conditum, per testes revealetur ampliores? Et quid exinde clarius, quam testes septem testamentarios ad fidem testamento faciendam vel praecipue requiri?

§. 5.

Ajensus Doctorum.

Tandem iuvat nonnullos laudare non obscuri nominis DD. qui septem testes testamentarios requiri tam ad solennitatem, quam praecipue ad probationem testamenti mecum consentiunt, ut MASCAR-

D 3

DVS,

bus iurisurgandi religione arctaris a Constantino M. iisdem tamen iam ante hunc tempora in furo Rom. iurandi necessitatibus subiectis, Halae 1744. Sed ideo, quia solum officium praetoris ex L. 4. & seqq. D. cod. tentatio erat, ut cognos signatores sigilla sua recognoscere. Postea vero inviolabile existimo, ut in omnibus testamentis euan iuramenta testium ad sigillorum recognitiones accederent. Coniecturam mesim egregie probat Leo Imp. in Nov. 44 constitutus, ut ad multa testium iuramenti reprimenda, quaestor sui sigillo obsignet testamenta.

15) L. r. §. 2. D. eodem

16) L. 6. D. eodem. PAULVS in recept. Sem. L. IV. Tit. 6. §. 1.

17) L. 7. D. eodem.

super-
tabulae
t ope-
stra de-
raetoris
sua re-
, supre-
sigillum
suum

sigillorum
fuit haec,
proponen-
tia etiama-
ne AVG
que teste
obsigna-
tum sub-
it testium
bendis &
rum. c. XI.
origine &
x. p. 183.
ubis. ripto-
obsignatio-
cfr. TRE-
S. de testi-
1746. §. VI.
ntum con-
tament.

ditiones sig-
de caueolis
nt. Affe-
sens sic sen-
injuratas,
Hal. 1699.
curato Hal.
n fuisse re-
n enim ar-
ed. de testi-
bus



DVS,¹⁾ MANTICA,²⁾ Caspar MANZIVS,³⁾ Ant. FABER,⁴⁾ Mich.
GRASSVS⁵⁾ & Iul. CLARVS.⁶⁾

§. 6.

Testamentum privatum solenniter conditum per septem testes, in eo ordinando adhibitos, probandum est, in genere demonstratur.

Praemissis itaque his, quae praemittenda perquam mihi necessaria visa sunt, iam ad eius rei pervenio probationem, cuius causa haec mea conscripta est disputatio, &, ut, quid sit id, de quo disputetur, quodque mihi incumbat probandum, eo penitus intelligatur, hanc formo regulam: *Si lis & quaestio est de existentia & veritate testamenti privati solenniter conditi, in quo quis heredem se esse institutum contendit, illud per septem eosdem testes probandum est, quos testator in illo solenniter ordinando rogavit, sive testamentum scriptum sit, sive nuncupativum.* Cuius quidem regulae probationem sic instruo.

Si Lex¹⁾, teste IVSTINIANO²⁾ ne quid falsitatis incurrat per duos forte testes compositum testamentum, maiorem numerum testium expostulat: ut per ampliores homines perfectissima veritas revealetur, prono exinde fluit alveo, legitimum numerum testium, tunc vel maxime requiri, cum perfectissima veritas testamenti revelanda sit.

1) de probationibus. conclus 1559. n. 15.

2) de conjecturis ultimarum voluntarum Lib. II. Tit. u. n. 3. & Tit. 14. n. 4.

3) in Tr. de testamento valido vel invalido Tit. V. Quaest. 7. pag 374. & seqq.

4) de erroribus Pragmaticorum & Interpret. iuris Chiliadis Pars III. Lugdun, 1609.

Decade LXVII. Error. i. pag. 34.

5) f. Testamentum qu. 54. n. 2.

6) in Libro III. Sent. receptar. f. Testamentum quaest. 56. num. 2. in Ei. opp. Lugduni 1579. pag. 72.

1) Sed qualis haec Lex est? Etiam Praetor apud CICERONEM in Orat. I. contra Verr. c. 45. mentionem facit tabularum, non minus maleis signis quam ex LEGE oporteat, obsignatarum. Sunt, ut Arn. VIENNVS in Comin. ad §. 3. Instit. de test. ordin. & Utr. HIBERVVS Digress. Lib. IV. cap. 33. f. 2. qui legem Corneliam de falsis, quae etiam testamentaria vocatur, intelligent, quos tamen solide refutavit TRECKELL in Tract. de orig. arque progress. Testamentum fact. praef. apud Rom. cap. III. f. 45. pag. 168. Simplicissima interpretandi ratio erit, si vocem legis hic generatim pro toto iure civili sumamus.

2) in L. 32. c o p. de Fideicom.

sic. Iam vero testamenti veritas revelanda tunc est, cum adsit factum dubium, quod testamentum considerit is, de cuius hereditate quaeritur, ergo demum tunc legitimus vel maxime requiritur testimoniū numerus. Iam factum dubium & probandum post mortem demum testatoris, tempore testamenti publicati, adest, propter ea, quod de testamentorum fide ac veritate non prius disputari soleat, quam decesserit is, qui testatus fuisse dicitur, & qui proinde voluntatem suam aut testari, aut declarare amplius non potest,³⁾ ergo demum post mortem testatoris legitimus testimoniū numerus, in componendo testamento adhibitus, ad probandum testamentum, ab altero negatum, vel praecipue requiritur. Tunc etenim, cum testamentum conditur, impossibile est, factum adesse iam dubium, an testamentum considerit is, de cuius hereditate quaeritur, ideo quia haec quaestio tunc demum ventilari potest, cum super ipsa disputatur hereditate, quam quis sibi ex testamento competere afferit; At qui illud post mortem demum testatoris sit, cum viventis non sit hereditas, improbusque existimetur, atque *adversus bonos mores, & ius gentium festinare a PAPINIANO*⁴⁾ dicatur is, qui sollicitus est de vivi hereditate, ergo exinde patet, quod in testamento condendo adhibiti, veritatem iuridicam nondum evineant, sed demum post mortem testatoris tempore testamenti publicati per ampliores, duobus testibus, homines, quos ad componendum testamentum lex expostulat, perfectissima veritas testamenti revelanda erit!¹⁾ Iam vero, si eo praecipue tempore lex demum per ampliores homines, quam per duos testes, maioremque, denario, numerum testimoniū eundem, quem ad componendum testamentum expostulat, perfectissimam revelari vult veritatem, Sole exinde est clarus, expressis verbis legem, ad veritatem iuridicam testamenti evincendam, duorum testimoniū sufficere noluisse: Num enim per ampliores duobus homines, quos tamen ad perfectissimam testamenti veritatem revelandam expostulavit lex, ex legis nostrae dispositione iuridica testamenti revelabitur veritas, si duos ad probandum testamentum sufficiunt?

1) *Adeo! sed quomodo
hoc convehiat, cum
ex ipso desipueretur
alii? pag. 142. videt.*

3) cfr. *Ant. FABER de Erroribus Pragmaticorum. Decad. LXVII. Error. 1. pag. 34.*

4) in L. 29. §. 2. D. de donation.



sufficere putas testes? Positis perfectissima testamenti veritas tunc
demum aderit ex legis nostrae dispositione, quum ea per numeram
testium legitimam, quem lex ad componendum testamentum expo-
stulat, fuerit revelata; id quod clarissime volunt verba: *lex etenim,*
ne quid falsitatis incurrat per duos forte testes compositum testamen-
tum, maiorem, (nempe denario) numerum testium expostularat: (ad
componendum nempe testamentum) *ut per ampliores homines per-*
fectissima veritas revleetur; id est, ut per ampliores, duobus, testes,
in componendo testamento adhibitos, aliquando, nempe quando
super veritate testamenti discepitur, quod vero post mortem de-
mum testatoris, de cuius hereditate quaeritur, sit, perfectissima
testamenti veritas revlevari possit. Atque ampliores, duobus, te-
stes, in testamento, solenniter condendo, adhibendi, sunt septem,
ergo septem demum testes ad testamenti privati solenniter conditi
probationem a lege requiri, palam est. *Id quod erat primum.*

Pergo: Lex ideo maiorem, denario, testium numerum ex-
postular, ne quid falsitatis incurrat per duos forte testes compositum
testamentum, sed per ampliores homines perfectissima reveletur veri-
tas. (per clara legis verba.) Iam ponamus, testamentum per duos
forte testes probari posse, paucos certissime, si artes heredipeta-
rum observes, (neque enim quilibet tam facile eludebat corvos hian-
tes, ut Coranus ille apud Horatium) sique audias, veteres scrip-
tores, etiam post severissimas leges, & omni quamvis legum cautio-
ne adhibita, querentes, *) quod toties occurrat

Signator falso, qui se laetum atque beatum

Exiguis tabulis, & gemma fecerat uia.

intestato Romae decepsuros fuisse, quovis pignore certare ausim.
Innumeris sane maximisque fraudibus valvae aperirentur; Quid?
multo sane maiores post mortem testatoris *), quam tempore conditi
testamenti committerentur fraudes, non difficulter enim post mor-
tem aliquius locupletis duo invenirentur testes, qui sacra auri fame
coacti, se audivisse, testatorem, legem ita rebus suis dicentem, af-
firmarent iurato, quorum principium est illud **EV RIPIDIS;**

Iuravi

5) IVVENAL. I. 67.

*) S. i. I. de militari testam.

Iuravi lingua, mentem iniuratam gero.

Id quod tamen perquam difficile est, in admittenda demum per septem testes, in testamento ordinando adhibitos, testamenti probatione. *Quod erat secundum.*

Tandem egregie sententiam meam probat principium generale a FLAVIO ⁹⁾ nostro propositum: *Cum res per testium solennitatem ostenditur, tunc & numerus testium, & nimia subtilitas requirenda est, id est, quando actus, ad quem componendum certus testium numerus a lege postulatur, per testium solennitatem probandus est, ad illum probandum non tantum legitimus requiritur testium numerus, in illo ordinando adhibitus, sed & nimia subtilitas requirenda est.* Loquitur nempe in Constitutione illa Imperator de probando fideicommisso, sine scriptura & praesentia testium derelicto, atque contra veterem iuris rationem fideicommissario in hoc casu facultatem dat, prius iurejurando de calunnia praestito, heredi desuper deferre sacramentum; Sed adhuc ulterius progreditur Justinianus, & hocce per sacramenti delationem fideicommissi probandi remedium, etiam in eo approbat casu, quando fideicommissum in quinque testium praesentia derelictum sit, idque ex aequitatis ratione, quam hocce corroborat argumento, *cum enim res per testium solennitatem ostenditur; tunc & numerus testium, & nimia subtilitas requirenda est.* Iam quum etiam testamentum testium legitimi numeri requirat solennitatem, certe etiam, cum illud per testium solennitatem probandum & ostendendum sit, & legitimus testium, in eo ordinando adhibitorum, numerus, & nimia subtilitas eo magis requirenda est, quo magis in verbis subsequentibus ipse clarissimis verbis Imperator ait, legem ideo in testamentis maiorem, denario, numerum testium exposulasse, ut etiam per ampliores, duobus, homines perfectissima veritas reveletur. *Quod erat tertium.* Ex quo itaque conflat & efficitur id, quoad numerum testium eandem esse & condendi, & probandi testamenti rationem; Falissimumque esse Doctorum principium, *aliam esse condensum.*

6) in L.32. c o d. de Fideicomm.



condendi, aliam probandi testamentum rationem, indistincte statuentium. Verum enim vero, quamvis ex iis, quae modo adduxi, Sole meridiano clarior sit, septem demum testes ad testamenti privati solenniter conditi probationem a lege requiri, longe tamen absunt, ut credam, semper ad testamentum probandum omnes septem testes tempore publicati testamenti requiri superstites atque viventes, potius haec est mea sententia, sique distinguo, vel testamentum nuncupativum probandum est, vel scriptum, si posterius, cum testis in testamento scripto iam per suam subscriptionem testimonium perhibeat,⁷⁾ testamentum, si modo per testes forsitan superstites vel aliunde de subscriptionum veritate constet, per septem testium depositiones erit probatum; nec quidquam obest, si vel omnes iam abierunt.

Illuc, unde negant, redire quenquam.

Si vero prius, tunc testamentum nuncupativum vel *simplex* est, vel *in scripturam redactum*⁸⁾, in casu priori omnes septem testes, coram quibus testator solenniter ultimum suum elogium nuncupavit, ad perfectissimam testamenti veritatem revelandam requiruntur superstites, secus in casu posteriori, si instrumentum legitimis instructum sit requisitis. Et sic amice consentientibus utor *Casp. MANZIO*⁹⁾, *Ant. FABRO*¹⁰⁾, *MYNSINGERO*¹¹⁾, *FARINACIO*¹²⁾, & *MASCARDO*¹³⁾. Sed de utroque sigillatim dispiciamus: Recte enim Corinna ad Pinдарum ait:

τῇ χειρὶ δέω σπείσειν, ἀλλὰ μὴ ἔλαφ τῷ θυλάκῳ.

§. 7.

7) loquor nempe de iure novissimo, quod in foris etiam nostris obtinet, nam iure antequietinianeo antiquo etiam saepe in testamento scripto testes requisitos esse superstites, patet infras.

8) cfr. Viri Perillustris *Dan. NETTELBLADTII* *egregia diss. de testamento nuncupativo in scripturam redacto*. *Hol. rec. 1760. Cap. I. §. I.*

9) in *Tract. de testamento valido vel invalido* *Ulmiae 1726. Tit. V. quest. 8. §. 5.* pag. 302.

10) *de Erroribus Pragmaticorum Dec. 67. err. 6. pag. 33r.*

11) *Cent. IV. Obs. 98. num. 1. & 9. IDEM ad §. fin. num. 4. Inst. de fideicommiss. hered.*

12) *de Falshate & Simulatione. qu. 156. num. 12.*

13) *de Probationibus Conclus. 643. error. Testamenti. num. 8.*

§. 7.

In specie A) de probatione testamenti solemnis scripti agitur secundum diversas temporum vicissitudines.

Vt vero, quae in §pho antecedenti generaliter proposita erant, atque probata, principia, iam in specie applicemus, primum per venio *ad probationem testamenti solemnis scripti*, de qua caussam meam sic teneo. Si quaestio est *de probatione testamenti solemnis scripti*, vel contradictor quis existit, fidem tabularum suspectam reddens, vel non existit. Si posterius, has tabulas testamenti prolatas apud competentem iudicem, & depositionibus testium legitimi numeri vallatas, ius hereditarium heredis ex testamento per se probare, quid obstat, si vel omnes testes testamentarii fuerint emortui? Sic enim, si erant tabulae testamenti septem testium signis obsignatae, praesumptionem & veritatis & solemnitatis iam olim habebant, ceteras videlicet manipulationis & nuncupationis solemnitates non minus intervenisse¹⁾. Quae quidem validi testamenti satis idonea praesumptio etiam movit Praetorem, ut in eiusmodi tabulis scripto heredi ex edicto daret bonorum possessionem, donec lis de iure testamenti esset decisa²⁾. Sed eandem etiam pro testamento iure recentiori valide condido, vereque, militare praesumptionem, consentientem habeo *Imp. IVSTINIANVM*³⁾ heredi, qui competenti iudici testamentum ostenderit, non cancellatum, neque abolitum, neque ex quacunque sua formae parte vitiatum, sed quod in prima figura sine omni vituperatione appareat & depositionibus testium legitimi numeri vallatum sit, bonorum possessionem, contradicto non existente, dandam, sancientem. Certe pro tabulis incorruptis praesumptio veritatis tamdiu militat, donec

E 2

contra-

- 1) In simili argumento pro scriptura, super stipulatione consensu, violenta militabat praesumptio, manifestis probationibus evertenda. §. 12. J. de iuri, stipulat.
- 2) cfr. Georg. Lud. BOEHMERI diss. de testamenti signari & subscripti a testibus in involucre vi & auctoritate Goett. 1746. §. V. & Alb. Dier. TRECKELL in Tr. cit. de origine & progressu Testamentis fact, praeferim apud Rom. cap. III. §. 41. p. 158.
- 3) in L. 3. COD. de Edicto d. HADR. tollendo.

statuen-
adduxi,
enti pri-
men ab-
s septem
e viven-
estamen-
ius, cum
monium
stites vel
m depo-
nes iam

est, vel
es, coram
t, ad per-
persites,
am sit re-
2), Ant.
RDO¹³⁾).
a ad Pin-

§. 7.

et, nam iure
quiritos esse

amento nun-
nest. 8. §. 5.

e fideicommissu-



36

contrarium probetur⁴⁾. Si vero prius & contradictor adest, probatas suspicionis notas adferens contra tabulas ultimi elegii prolatas, ni causa heres cadere vellet, integritas testamenti per testes in testamento ordinando exhibitos, ad sigilla sua siueque subscriptiones recognoscendas ab eo demonstranda erit. Quum vero olim quibusdam in casibus paulo aliter fuerit probatio, liceat mihi ab origine rem repetere. Quum lex decemviralis latissimam proprio arbitrio testandi facultatem cuiilibet civi patrisfamilias daret, & cum post Leges XII. Tabb. Patriciorum sagacitate formulae actuum legitimorum componerentur, solennitateque mancipationis primi Prudentes⁵⁾ cum ultimis elegiis communicarent, & testamentum illud, quod per aes & libram dicebatur, exinde enasceretur, si de probatione testamenti huius prolati, & ab altero negati, quaestio erat, sic, quantum conjectura assequi possim, puto: vel quinque testes in mancipatione exhibiti, tabulas prolatas simul obsignaverant⁶⁾ vel non. Si post: omnes quinque testes in ipsa mancipatione exhibiti, ad probandas testatoris tabulas convocandi erant, ideo quia expresse & praecipue, ut ex formula nuncupationis & testationis supra §. 3. probatum dedi, quinque testes testimonii in casu dubii ultimi elegii aliquando praebendi cau-

- 4) Io. Aug. HELLFELD in Iurisprud. for. sec. ord. Digest. Lib. 29. Tit. 3. §. 50r.
Cass. Manzius in Tr. de testamento valido vel invalido Tit. V. Quaest. 6. §. 33.
p. 334. & quaest. 8. §. 1. p. 383.
- 5) Vir Cons. Henr. AYRER in diff. ad ius testamentorum & Legem ANASTASII
Imp. περι της θεσμούς observations exhibente Goett. 1742. §. VII. p. 16. P. Scaevola
Pon. Ponificem M. Autorem testamenti per aes & libram esse putat.
- 6) Quamvis enim in hoc iuri civili testamento signa testium, Teste IUSTINIANO in §. 2. I de testam. ordin. non essent necessaria uti & ex ipsa testamento
factionis per aes & libram ratione egregie demonstravit G. L. BOEHMER in
diff. laudata §. III. frustra dissidente SALMATIO in Tr. de subscrib. & sign.
test. c. XX. p. 208. & 209. postea tamen sensim invalidit, ut testes testamenti
tabulas signarent, praesertim cum hoc ad evitandas fraudes ferre necessarium
fuisse videretur. Exemplum tibi sicut Testamentum Augusti quod testante
SVENTONIO in vita Neronis c. 4. testamentum fuit per aes & libram, & ta-
men fuit obsignatum. SVENTON. in vita Aug c. ult. & Tiberii c. 23. cfr. V.
C. Georg. Lud. BOEHMERVS in diff. cit. §. IV. Alb. Dier. TRECKELL in
Tract. cit. cap. III. §. 43. pag. 162. & Zach. HUBERVS in diff. de Testamen-
to Caesario Augusti quod SVENTONIVS referit in eius vita cap. ult. Cap. I. §. 3.
in diff. iurid. Part. I. pag. 153.

causis adhibebantur, quorum si quidam deficerent, non de veritate tabularum prolatarum a testatore conditarum constabat, uno vero deficiente, locus eius suppleri poterat per libripendem, qui, *ni testimonium variatur*, ex legis decemviralis dispositione, *improbis, intestabilisque erat*. Et quis dubiter, antestatum testimonium etiam fari & potuisse & debuisse, aut eum, si testimonium detrectasset, *improbum atque intestabilem factum fuisse*⁷⁾. Sin prius, ad citandos credo suisse testes seu signatores, ad sigilla sua recognoscenda. Verum, quum tabulae septem testium signis obsignatae, praesumtionem & veritatis & solemnitatis habebant, ceteras videlicet *mancipationis* & *nuncupationis* solemnitates non minus intervenisse, haec validi testamenti satis idonea praesumtiō movit Praetorem, ut in eiusmodi tabulis scripto heredi ex edictō daret *bonorum possessionem*, donec lis de iure testamenti esset decisa. Edicti eam in rem concepti fragmentum ex albo C. Cornelii Verris servavit CICERO⁸⁾, idque non novum, sed ex anteriorum praetorum edictis repetitum, seu, quod vocant, *tralatitium esse*, ipse observavit. Si de hereditate ambigetur, & tabulae testamenti obsignatae, non minus multis signis, quam ex lege oporteat, ad me proferentur: secundum tabulas testamenti potissimum bonorum possessionem dabo. Ex quo patet Praetorem neque septem testium numerum nec signationem edicto suo demum introduxisse, neque novum ius traditurus, mancipationem & nuncupationem ad testamenti validitatem pertinere negasse, sed ex septem personarum, quas EX LEGE, ut in edicto Verris dicitur, hoc est, ex iure civili in testamento per aes & libram adesse oportebat, testamento adiectis signaculis praesumtionem validi testamenti ex eoque competentis iuris hereditarii cepit, idoneam omnino & sufficientem ad bonorum possessionem impertendam⁹⁾. Ex hoc itaque tempore solae tabulae ultimi elogii, ab herede prolatae, septemque testium signaculis firmatae ad ius hereditarium ex testamento proban-

E 3

dum,

7) cfr. Alb. Dieir. TRECKELL in Tractatione cit. Cap. III. §. 14. pag. 92.

8) in Oratione in Verr. I. cap. 45.

9) cfr. Vir. Cons. Georg. Lud. BOEHMER in diff. cit. §. V p. 10. & TRECKELL in Tractatione cit. cap. III. §. 39. & seqq.

Falsum / pres. for ut
dicant testamento pro-
lato tabulae ob-
rae Praetorem monit.

adfecte, si adiecerit:
signatione, veritate
boni testemantli eo,
qui uero intertestat, be-
Praetorem, testemant
ad intefacto.

proba-
latas, ni
amento
ecognos-
sdam in
rem re-
testandi
ges XII.
compon-
) cum
per aet
stamenti
am con-
cipatione
Si post:
robandas
raecipue,
um dedi,
raebendi
caus-

it. 3. §. 150.
it. 6. §. 33.

NASTASII
P. Scaevo-
t.

VSTINIA-
testamenti

EMMER in

rib. & sign.
testamenti

necessarium
mod testante

ram, & ta-
23. cfr. V.

ECKELL in
Testamen-
Cap. I. §. 3.





dum, ad effectum saltim bonorum possessionis adipiscendae sufficiebant. Verum enim vero cum heredi instituto hacc bonorum possessio tantum prodebet, si, quae ex testamento rite signato capta erat, praesumptioni veritas respondebat¹⁰⁾ neque praetor quaestio- nis, an verae sint tabulae, ceteraque iuris solennitates intervenient, quae tantum in iudicio, in quo de possessione agebatur, altioris ipsis videbatur indaginis, remedii civilibus persequendae facultatem, data bonorum possessione, ademisset, iam, ni inanis, & sine re esse deberet bonorum possesso, si alter tabulas vel falsas vel iuris solennitates caeteras deficere probaret, bonorum possessor tam veritatem quam solennitatem tabularum per testes in eis ordinandis adhibitos, ad sigilla tum recognoscenda, tum ad caeteras solennitates adhibitas testificandas, adcitandos, probare debebat. *Iure enim antiquo*, recte inquit Vir Summus, *Io Gottl. HEINECCIVS*¹¹⁾ heredes & propinquai ipsi statim, & quandocumque liberet, inspiciebant testamentum, & cognita testatoris voluntate, vel ea iam antea comperata, hereditatem adibant, vel repudiabant, neque ulla hic opus erat solennitate, nulla iudicis opera, nisi forte lis quedam circa tabularum quantitate, vel ipsam supremam testatoris voluntatem incideret. Invaliduit tamen postea sensim atque pedetentim, ut testatores absque mancipacionis solennitate testarentur, suaque testamenta septem testimoniis signari curarent, & sic explicandus est *IVSTINIANVS*¹²⁾ inquiens, *ex edito Praetoris* (proprie occasione editi praetorii) *forma alia faciendorum testamentorum introducta est etc.* Cum vero *AVGVSTVS L. Iulia vicesimaria*, aerarii maxime, *TACITO*¹³⁾ teste locupletandi caussa, lata, vicesimarium hereditatum vestigal introduceret, simulque de aperiendis coram iudice competente testamenti tabulis hac lege caveret¹⁴⁾ isque & postea celebri illa *lege Papia Pop.*

10) *VULPIANVS* in *Fragm. Tit. XXIII.* §. 6.

11) in Comment. ad *L. Iul.* & *Pap. Popp.* Lib. III. cap. 2. §. 2.

12) in §. 2. *J. de testam. ordin.*

13) *Annal. Lib. III.* cap. 26.

14) *CVALCIUS* Lib. V. Obseruit. c. 16. Lib. IX. c. 24. *HEINECCIVS* in Comm. ad *L. Iul.* & *Pap. Popp.* Lib. III. c. 2. §. 2. p. 376. & *Fr. BALDVINVS* de lege *Iuli* de vicesima, in commentariis ad *Leges de iure civili. Voconiam, Falcidiam &c.* Halae 1730. a *GUNDLINGIO* editis. pag. 13.

Poppaea rogata, variis, quibus ex testamento capiendo redderentur cives incapaces, inductis modis, tot eo ipso ultimas voluntates infirmandi stabiliret artificia callidus auctor, & simul omnia vel vacantium, vel alio hunc in finem excogitato nomine, insignita, populi thesauris addiceret, praecipue vero caveret, ut hereditatem tabulis testamenti demum apertis adire liceret¹⁵⁾), & quod ante apertas tabulas, vel post eas apertas, sed ante aditam hereditatem deficeret, ab aerario¹⁶⁾ occuparetur, vel caduci vel vacantis nomine; ab eo tempore, quaedam, si quid video, mutatio cernitur. Quamvis enim ab initio haec lex ad omnes hereditates per omissam ex testamento additionem caducas vel vacantes factas, vim suam extenderet, sive quis heres exesse esset, sive coheres extraneus, uti contra Fr. BALDVINVM¹⁷⁾ & HEINECCIVM¹⁸⁾ solide demonstravit Car. Frid. ZEPERNICK¹⁹⁾ Vir de nostra arte optime meritus, & quo mihi familiariter uti contingit; invalidit tamen postea, ut si quis esset heres exesse institutus, eo extincto, aerario vel fisco non amplius daretur locus, sed res ad caussam successionis intestatorum rediret²⁰⁾ hereditatemque is, tabulis adhuc etiam clausis, adire possit.²¹⁾ Et iam collata itaque cum ea Lege Iulia vicesimaria sic mihi iam distingendum erit, vel bonorum secundum tabulas petens possessionem coheres erat extraneus, vel exesse scriptus. Quum in casu posteriori ex PAVLLI²²⁾ sententia heres exesse institutus, si non putet, se bonorum possessionem petere posse ante apertas tabulas, in iure erret, prono exinde fluit alveo, ad ipsam bonorum possessionem adipiscendam, solam sufficisse tabularum prolationem, septem testium signaculis munitam, usque adeo, ut ex Edicto D. H.

DRIA-

15) HEINECCIVS c. l.c. §. 2.

16) Celeb. PÜTTMANNVS in Interpretat. & Observat. c. 36.

17) in Comm. ad L. Iul. Pap. Popp. p. 109. edit. Gundlingiana Halae 1730. & in Comm. ad Insit. pag. 367.

18) in Comm. ad L. Iul. & Pap. Popp. pag. 404.

19) in elegg. diff. Insa. de testamenti desiruri viribus. Hal. 1773. §. XI. pag. 18.

20) L. 70. D. de acquir. vel omit. heredit.

21) L. 1. §. 4. D. de iur. & facti ignorant. L. 3. COD. de iure deliber. adde CIVIA- CIVM in Obs. Lib. VI. c. 37.

22) in L. 1. §. 4. D. de iur. & facti ignor.

sufficie-
m pos-
o capta
quaestio-
ervene.
altioris
ultatem,
fine re
uris fo
a verita
is adhi
nnitatis
nim an-
) here-
ciebant
comper-
erat so-
bularum
et. In-
absque
tem te-
NVS¹²⁾
orii) for-
n vero
¹³⁾ teste
1 intro-
stamen-
e Papia
Pop-

Comm. ad
de lege Lu-
cidiam &c.





DRIANI, quamvis testamentum falsum vel inofficiosum diceretur, scriptus tamen ex esse heres statim in possessionem mitteretur.²³⁾ Cum vero, ut notum est, bonorum possessio vindiciaeque adiudicatae non nisi ius interimisticum & temporarium hereditarum tribuant, sequitur, si iam heres legitimus ageret lege in hereditatem, & sacramentis contenderet, testamenti tabulas, ab B. possidente prolatas, ceu falsas impugnans; ut iam integritas & fides tabularum prolatarum probari deberet, id quod hoc pacto efficiebat, ut testes septem exhibitos sigilla sua recognoscere curaret. Sed cum in casu priori coheredi extraneo petenti non concederetur B. P. nisi tabulis ante a Praetore solenniter apertis, pater exinde, quod, cum in ipsa tabularum aperiendarum ratione Praetor caussae cognitionem super certitudine tabularum instituerit, ut supra vidimus §. 3. praetor in hoc casu ex tabulis iam a septem testibus recognitis & probatis B. P. dedisse, nam publicati semel testamenti fides, ut *Imp. ALEXANDER*²⁴⁾ rescripsit, *quamvis ipsa materia in qua primum a testatore scriptum relictum fuit, casu, qui probatur, intercidit, nihilominus valet.* Quamvis vero, ut *FLAVIUS noster*²⁵⁾ inquit, *paullatim tam ex usu hominum, quam ex Constitutionum emendationibus coepit in unam consonantiam ius civile & praetorium iungi, constitutumque sit, ut uno eodemque tempore, quod ius civile quodammodo exigebat, septem testibus exhibitis & subscriptione testimoniis, quod ex Constitutionibus inventum est, & ex Edicto Praetoris signacula testimoniis imponerentur, ideoque novum & recentius exinde ortum sit testamenti condendi genus, ea tamen quae modo de tabulis aperientis, de danda bonorum possessione, & probatione testamenti adduximus, in viridi manserunt observantia, quid? quod invaluit, ut nunc*

23) videat. *Ren. BOTTEREAU Hadrianus Legislator. ad A. V. C. 88. §. II.* adiectum *HOFFMANNI Historiae I. R. edit. Lips. 1726. Vol. II. Part. 2. pag. 189.* & L. 2. & 3. *COD. de Edicto D. HADRIANI toll. ne scilicet vel mora negligali fieret, vel caducorum causa posterior esset. cfr. Io. Aug. BACH de iure transacti super controv. ex testam. non cogn. tab. §. VIII. in fine. inde & idem Imperator sanxit, ut ne cui licet provocazione impedire, quomiuus testamenti tabulae aperirentur. L. 7. D. de appell. recip.*

24) in L. 2. *COD. de Testam.*

25) in §. 3. *I. de Testam. ordin.*

auhc etiam praetores ex testamento nuncupativo B. P. darent, quod secundum nuncupationem honorum possessionem deferri²⁶⁾ dicebatur. Non itaque quae iam in medium protuli, hic repetam, sed pergam in exponenda mea, de probatione testamenti solemnis scripti, sententia. Diximus tabularum prolararum veritatem ab altero negatam, heredem in testamento scriptum eo probare pacto, ut audeat Praetorem, qui testes convenire & sigilla sua suamque subscriptio- nem recognoscere coget. Id quidem bene, si omnes septem testes adhuc sunt superstites. Sed quid tandem quaeso! si quibusdam, quid si omnibus quid humanitus contigisset testibus? Num tabulae ultimi elogii corruntur? In diversas scinditur partes Senatus Interpretum. Affirmant *Glossatores ACCVRSIUS & BARTOLVS*²⁷⁾, *ROLANDINVS*²⁸⁾ *DVRANTES*²⁹⁾ *GRASSVS*³⁰⁾ & *BESOLD*³¹⁾. Negant *Anton FABER*³²⁾ *Viglius ZV ICHEMVS*³³⁾ *DVARENVS*³⁴⁾ *STRUVIVS*³⁵⁾ *BRVNNEMANN*³⁶⁾ *Nic. HERTIVS*³⁷⁾ *SCHILTER*³⁸⁾ *HARPRECHT*³⁹⁾ *Zach. HVBERVS*⁴⁰⁾ *Casp. MANZIVS*⁴¹⁾ & Petrus

26) L. 2. COD. de bon. poss. sec. tabulas. cfr. TRECKELL Tr. cit. cap. III §. 44 pag. 165.

27) ad L. 1. § 2. D. & Cod. Testam. quem. aperiant.

28) de Testamentis Rubro 62. num. 6.

29) de arte testandi Tit. 2. Caut. I. num. 2.

30) commun opin. s. Testamentum qu. 81.

31) in Deliber. ex Lib. 28. § 29. D. qu. 9. Fol. 109.

32) de Erroribus Pragmaticorum Dec. 67. exr. 3. 4. & 5. p. 345. seqq.

33) in Comment. in X. titulos Institutionum de testamentorum iuribus ad s. 7. I. de testament. ordinand. n. 9.

34) ad Tit. D. Testam. quem. aper. c. 4.

35) Exercit. 34. Tkes. 42. ibique MÜLLER in not. litt. i.

36) ad L. 4. D. Test. quem. aper.

37) in disp. de apertura Testamentorum. s. 22.

38) Exercit. 38. §. 174.

39) in Confil. nov. 44. n. 178.

40) in diff. de Testamento Iulii Cæsaris, quod Suetonius report in eius vita, cap. 83. cap. I. §. 4. in Eiusd. differt. iurid. & philolog. Franck. 1703. editis Part. I. pag. 128.

41) in Traict. de testamento valido vel invalido. Tit. V. quæst. 5. §. 31. p. 336. & quæst. 6. §. 54. pag. 355.



trus de GREVE⁴²⁾ cui & nos opinioni calculum nostrum adiicimus. Frustra es, qui nobis huic opinioni subscriptentibus antinomiae notam inurere ex hoc capite vis, qui septem illos, qui in condendo testamento adhibiti fuerunt testes, etiam ad testamenti solemniter conditi probationem requiramus. Parum certe acuminis requiritur, ad antinomiam conciliandam, si quae est; per septem testium depositiones probari testamentum posse, quamvis septem illi testes, vel omnes, vel quidam, tempore publicati testamenti non amplius fuerint superstites. Ante omnia velim, ut mihi des hoc⁴³⁾, testem testamentariorum in testamento scripto per suam subscriptionem praebere ac perhibere testimonium.⁴⁴⁾ Qua quidem in re non is ego sum, qui assensum tuum velim extorquere, sed nescio⁴⁵⁾, quae me spes alat, ut auditis, quae mihi sunt, rationibus, te mihi facilem futurum esse existimem. Primum iam in negotiis inter vivos in scriptis celebratis, ad quorum celebrationem definitorum testium subscriptiones a lege requiruntur, instrumentum tale per testium definitorum subscriptiones testimonium capere dicitur a IVSTINIANO⁴⁶⁾: Quod cum in actibus inter vivos in scriptis celebratis iam obtineat, quominus & idem in ultimiis statuamus elogiis, quid impedit?⁴⁷⁾ Praesertim cum Viri Celeberrimi RÜTTMANNVS⁴⁸⁾ & Herm. CANNEGIETER⁴⁹⁾ qui tantum inter aevi huius ICtos caput extulerunt,

Quantum lenta solent inter viburna cupressi

elegantissime observaverint, mirum haud esse, si in testamentis etiam contractuum iura aliquantum sibi locum vindicent, quum testamentum per aes & libram, cum quo novissimae formae testamentis arctissima intercedat coniunctio, ex contractu emtionis & venditionis originem traxerit, summanque adeo contractuum & testamento-rum esse similitudinem.⁵⁰⁾ Pergo. Nonne etiam exinde argumentum quid

42) in Exercitationibus ad Pandectarum loca difficultiora. Noviomagi c. I. I. c. LX. Exercit. XIX. §. 4. pag. 452 & seq.

43) in L. 17. c. D. Si certum pesat, quam legem exscriptam exhibit §. 2. Diss. nostrae: adde quoque Nov. 73. cap. 2.

44) in Interpretation. & observationibus cap. XXVII. p. 128. & plenius in Probabilium iur. cito libro secundo c. II. p. 13. & seqq.

45) in diss. super difficultioribus quibusdam legibus. Franequ. 1752.

1) cui venum est organum
non dabat uel grauitate
me non te gerit a te
egipta supra pag. 80.
61.
2) Non probant testimonio-
rum, neq; colligunt res-
tem testimonium aut
ex eius intentione ad
testimonium denique
dum necessariae.
3) Evidenter scio.

4) Quid a diversis ad
deversa non valeat
consequenda. Respi-
ce ad coniunctionem
importunitatum effec-
tus, qui alii puncti
in m. c. addebunt, alii
in negotiis d. s.

5) Ad Optimam ampe-
mule Claudius.

quid posset peti, quod scripturae, testibus communitate, quaeque vim accipiebant a subscriptionibus testium, in iure dicantur *testationes*⁴⁶⁾ sine dubio a testimonio, quod per suam subscriptionem perhibent, nam *testationes* sunt *testimonialia*⁴⁷⁾. Sed & in ultimis elogiis in specie consentientes habeo Imperatores. Innuit vero non solum illud IVSTINIANVS⁴⁸⁾ heredem in tabulis, *depositionibus testium legitimis numeri vallatis*, scriptum, nec ex quacunque suae formae parte vitiatis, in possessionem earum rerum, quae testatoris mortis tempore fuerunt, mittendum iubens, *depositiones* vero IVSTINIANVM pro subscriptionibus & obfignationibus testium dixisse, eo magis cum *Ant. FABRO*⁴⁹⁾ credo, quo certius est, tempore IVSTINIANI, uti vicefimam hereditatis, sic & tabularum ante additionem aperiendarum rationem, uti in Legis nostrae initio ipse adduxit, e Romana recessisse republi-
ca partim, adeoque non credendum, ante peritam B. possessionem, iam tabulas esse apertas legitimate, subscriptionesque recognitae, partim quia non probabile est, *Iustinianum nostrum* ad hanc B. P. heredi dandam, omnes septem testes desiderasse superstites, quorum tantum maiorem partem ipsa solemnis requirebat tabularum aperiendarum ratio, partim quia iam iure, quod diu ante IVSTINIA-
NVM obtinuit, heres ex asse institutus ante apertas tabulas bonorum possessionem petere poterat, cum quo tamen hic heredem ex parte institutum coniungit, adeoque aequale ei ius tribuit. Frustra itaque dissentunt *Ant. PERETZIVS ad Codicem ad Tit. Quemadm. teftam. aper. n. 1. & Cap. MANZIVS in Tr. de teftamento valido vel invalido Tit. V. quaef. V.* statuentes Imperatorem supposuisse tabulas testamenti legitimate iam fuisse apertas & per depositiones testificationem, recognitionem & depositionem iuratam in iudicio intelligant, ex summa sine dubio vicissitudinum huius doctrinae ignoran-

46) *Barn. BRISSONIVS de Verborum Significatione Hal. 1743. voce *testatio*, & *Defid.* HERALDVIS de rerum indicatarum auctoritate Lib. I. c. 6, §. 3.*

47) *B. BRISSONIVS de Verbor. Signif. voce *testimonium* & Fr. POLLETIVS in Historia fori Rom. Lib. IV. c. 14. p. 387.*

48) *in L. ult. Cod. de Edictio D. HADR. toll.*

49) *de erroribus pragmaticorum. Decad. 67. error. 5. p. 349.*

1) *Magnas operas. sunt oblationes ad dies vestrum testimoniaque inde fortunata: hacten ante portum sua testationes etiam muniverunt testimonialia depositioni, causa auctoribus pro officiis.*

2) *Distingue aperturam tabularum a solemnem et mens illa solennem. Quia distinctione postea depositionum vestrum nullum teste nobis vindicabatur sensum a valorum.*

llicimus.
iae no-
conden-
emniter
requiri-
testium
tes, vel
s fuerint
estamens-
ic perbi-
assensum
r auditis,
istimem.
ad quo-
re requi-
ptiones
cum in
nius &
im cum
ETER⁴⁵⁾

itis etiam
estamens-
entis ar-
ditionis
amento-
gumenti
quid

LX. Exer-
. Diff. no-
robabilium



*¶ Primo inutile est argu-
mentum ex loco pessi-
sum, que leges auctoritatis
de libelis luv. Dein
de petiis quod probavimus
est. Solo iudiciorum sub-
scriptio sufficiens
vobis licet sigillo testa-
menta nondum aperta, quanquam, (ut sit facile) sigillum illae sum
servatum non sit, subscriptiones confirmant. Sic illa etiam, quae post
quam aperta sunt, aut negligenter non obsignata manserunt — ne fide
priventur, dummodo ex subscriptionibus fides illis superfit, iustum pu-
tamus. Tandem etiam sententiae nostrae aliquod robur addit PAVL-
lus tuus et omnium vi-
vorum in filio Lvs⁵⁰⁾ inquiens: singulos testes, qui in testamento adlibentur, proprio
sigillo in bello id est
dictibus declarare necesse
est in subscriptione.
Adscriptio nempe testium mox generalis erat mox specialis, quate-
nus testis subscribens vel scriptio alienae solum nomen, animo te-
stimonii reddendi, adscribebat, vel id speciatim annotabat, se testimoni-
ii causa testamento alterius se adscribere, quam posteriore magis convenire existimabant Romani, si quidem ad totam adscriptio-
nis rationem eo certius significandam pertinere videbatur, quam-
que Barn. BRISSONIVS⁵¹⁾ adducto eleganti Amphilochii subscrip-
tionis in testamento Gregorii Nazianzeni exemplo eleganter illus-
trat. Et sic etiam mecum sentiunt Fr. POLLETVS⁵²⁾ Ant. FA-
BER⁵³⁾ Vigilius ZVICHEMVS⁵⁴⁾, & HARPPRECHT⁵⁵⁾. Et iam
dic! num me spes mea feffellerit?⁵⁶⁾ Cum itaque per suam subscriptio-
nenem testimonium perhibeat testis in testamento solemniter condito
adhibitus, tota res unice eo reddit, ut, subscriptiones testium re vera
eorum esse, quorum nomina, sigillaque exprimunt, palam sit.
Parum enim est, extare subscriptiones, & signacula, si non probe-
tur, cuius sint, quod non nisi per recognitionem fieri potest. Sed
quid, quaeſo, necesse est, fieri eam recognitionem, per eos ipsos,
qui subscriptiſerunt, & signaverunt, si per eorum mortem contige-
rit,*

50) in Nov. 82.

51) in L. 30. ff. Qui testam. facere poss.

52) de solemnibus Pop. Rom. Form. Lib. VII.

53) in Historia fori Romani restituta Erfurt 1676. Lib. IV, cap. 13. p. 382.

54) loco modo allegato.

55) ad §. 7. num. 10. de Testam. ordin.

56) in Confil. Nov. 44. num. 205.

*Skudni!**¶ Exras! propitiabitellimo-
nium suo tempore ra-
quiculum, ferendum.*

rit, ut suas subscriptiones recognoscere non possint? Aut quid refert, per quos recognitio facta sit, tamenmodo sic factam esse constet, ut de subscriptionum & sigillorum fide dubitari nullo modo possit? Quid itaque si testes forsitan superstites, si vel duo sint, non tantum suas iurato recognoscant subscriptiones, sed & interrogati, an subscriptiones testium demortuorum re vera eorum sint, iurato deponant⁵⁷⁾ subscriptiones, signaque testium deficientium ab iis ipsis, quorum nomina exprimunt, ultimo elogio esse accommodata, ideo quia eos subscribere viderint, cum iismet ipsi subscripterint, eorum manus cognoscant; aut si omnes forsitan testes fuerint mortui, quid si sint, quibus manus testium defunctorum fuerit per quam cognita, qui eos subscribere viderint, idque iurato deponant, aut si nec hi sint, quid? si subscriptiones testatoris & testium cum aliis eorundem confessis vel approbatis scripturis, forma a IV. STINIANO⁵⁸⁾ praescripta, exactissime observata, ita comparatae sint, ut de subscriptionum & sigillorum fide dubitari nullo modo possit? Num veritas testamenti probata est? Certe ipse Seaevolus I^{CTUS}, si haec ei quaestio proponeretur, uti solet, responderet, secundum ea, quae proponentur, nihil proponi, cur non veritas testamenti legitime evicta sit.⁴ Quid? quod veritas ultimi elogii iuridica evicta est per septem testium depositiones? Cum enim per suam subscriptionem testimonium perhibeat testis, in testamento solemnni scripto adhibitus, uti supra probatum dedi, hocque modo, uti IMP^{ERATOR}. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN.⁵⁹⁾ rescripsere, testimoniorum officio fungatur, quamvis, quum tempore conditi testamenti per rerum naturam nondum factum dubium adsit, tabulas ultimi elogii prolatas re vera esse eius, de cuius hereditate quaeritur, quod tamen dubium est & probandum tempore testamenti publicati, testes in testamento condito adhibiti veritatem iuridicam nondum evincant; certe prono exinde stuit alveo, in testamento prolato, a septem testibus subscripto, septem adesse testium depositiones, &

57) in L. 20. cod. de Fid. instrum. Nov. 49. cap. 2. & Nov. 73. cap. 7.

58) in L. 9. cod. de Testament.

*Insanis. Non omnia pietate
modestia honestate sed, ac
scrupulo teste. Ut iste
recognoscere necesse est
testium de mortuis etiam
est. Sed, cum testis habeat
probandum, genere clam
tabundus.*

*Ego libi domini, ubi
quis de veritate iure
Dant de actualitate.*

*Sed ne permis-
tare, id est, si manu-
tum quis partiturum
proficeret, requiri-
tur, etiam si testi-
mentum interponeret
et non apparere.*

*Quantum diligenter
volat, que debet, et
in utilitate nullum
est mutandum.*

Nonne.



quaesio tantum est, an subnotaciones testium deficientium, ultimo testatoris elogio ab iis ipsis sint accommodatae, quod quidem, quominus per testes forsan adhuc superstites, vel omnibus mortuis, per alias optimae opinionis viros, quibus manus tam testatoris quam testium, probe fuit cognita atque perspecta, evinci possit, quid obstat? qui vero non probant testamentum, quippe iam depositionibus testium testamentariorum probatum, sed tantum subscriptiones, tabulis accommodatas esse re vera subscriptiones eorum testium, quorum nomina gerunt, evincunt. Sublata sic, ut credo, opposita mihi apparenti *avtiopeia*, iam ad ipsam pervenio sententiae meae probationem, & ut ordine omnia procedant, thema probandum est hoc: *testamentum morte unius vel plurium e testibus irritum non fieri, si subscriptiones deficientium sufficienter a superstibus recognoscantur & probentur, quin, et si omnes mortui sint testes, testamentum scriptum, septem testium depositionibus vallatum, & semel rite conditum nihilominus valere, si modo per alias optimae opinionis viros, quibus manus tum testatoris tum testium bene fuit perspecta & cognita, subnotaciones testium deficientium legitime recognoscantur, & probentur, vel per comparationem litterarum exhibita forma a IVSTINIANO⁵⁹⁾ prescripta ita veritas earum evinci possit, ut de subscriptionum & sigillorum fide dubitari nullo modo possit.* Probationem meam sic instruo. Primum constat, in diiudicanda quaestione, *an valeat testamentum, si de forma testamenti externa quaeritur, respiciendum esse ad tempus testamenti conditum⁶⁰⁾*. Egregie id probat GAIUS in Libro 2. In eloqui sententia *testamentum quae constitutionum*⁶¹⁾: *si quaeramus, inquiens, an valeat testamentum in primis animadvertere debemus, an is, qui fecerit testamentum, habuerit testamentificationem; deinde si habuerit, requiremus, an secundum regulas iuris civilis testatus sit.* Indeque etiam, quamvis surdus & mutus testamentum facere non possunt; tamen, si quis post testamentum factum valetudine, aut quolibet alio casu, mutus aut surdus esse cooperit, ex eiusdem GAI⁶²⁾ sententia, ratum nihilominus

2d) *Nupurplius¹ Deinde, quid
nulli eius dicitur: an vacuum² i.
Responde: an insipium ulli:
ne eloqui sententia testamentum quae
constitutionum⁶³⁾: si quaeramus, inquiens, an valeat testamentum in
primis animadvertere debemus, an is, qui fecerit testamentum, habue-
rit testamentificationem; deinde si habuerit, requiremus, an secundum
regulas iuris civilis testatus sit. Indeque etiam, quamvis surdus &
mutus testamentum facere non possunt; tamen, si quis post testa-
mentum factum valetudine, aut quolibet alio casu, mutus aut sur-
dus esse cooperit, ex eiusdem GAI⁶⁴⁾ sententia, ratum nihilomi-*

nus

59) vide L. 20. c. o. p. de Fide instrum. & Nov. 73. cap. 7.

60) in L. 4. D. *Qui testam, fac. poss.*

61) L. 6. §. 1. D. *eodem.*

*Obstat lex, veritatem
iudicam protulam
negans.*

nus permanet testamentum; Indeque porro, quamvis is, cui lege bonis interdictum est, testamentum facere non potest: & si fecerit, ipso iure non valet; Quod tamen interdictione vetustius habuerit testamentum, ex VLPIANI⁶²⁾ auctoritate valebit. Indeque & testamentum furiosi, quod ante furorem consummavit, ex eiusdem VLPIANI⁶³⁾ sententia, valebit, & bonorum possessio ex eo testamento competit. Praecipue vero IDEM & alio loco⁶⁴⁾ egregie adhuc nostrum firmat argumentum, inquiens: *Conditionem testium tunc inspicere debemus, cum signarent: non mortis tempore.* Si igitur tunc, cum signarent, tales fuerint, ut adhiberi possint, nihil nocet, si quid postea eis contigerit. Quum itaque ex huius legis sententia conditio testium in testamento solemni scripto (de hoc enim loqui VLPIANVM nostrum, docent verba bis repetita, cum signarent,) solum conditi testamenti, non mortis tempore *inspicienda sit*, nihil certe nocebit testamento scripto, si semel testes omni scrupulosestat, atque subtilitate adhibita subscripterint testamentum, & subsignaverint, si vel quidam, vel omnes postea mortui sint, quid? ab VLPIANO casum mortalitatis testium vel praecipue innui, atque intellegi, eo magis sum mihi persuasus, quo certius est, quemadmodum egregie observarunt Duumviri ZACHARIAS HUBERVS⁶⁵⁾ & Barnabas BRISSONIVS⁶⁶⁾: veteres abstinuisse male ominatis verbis, & vitandae ~~duo~~ *Opulas* caussa non dixisse mori, sed *aliquid accidere vel contingere, &, licet accident & vivis, hoc tamen sermone vulgo mortem significari.* Clare id explicat POMPONIVS⁶⁷⁾. Si quis, inquiens, ita in testamento scriperit: *SI QVID FILIO MEO ACCIDERIT, Damas servus meus liber ero, mortuo filio, Damas liber erit, licet enim accident & vivis, sed vulgi sermone etiam mors significatur.*

Eadem

62) L. 18. D. eodem.

63) L. 20. §. 4. D. eodem, addé L. 2. D. eodem.

64) L. 22. §. 1. D. eodem.

65) in diss. de Testamento Casparis Augusti, quod Suetonius refert in eius vita Cap. ult. Cap. III. §. 4 in eius differt. iurid. Part. I. pag. 171.

66) de Verborum, quae ad ius civile perirent, significacione, voce accidere. pag. 14.

67) in L. 62. §. 1. D. de Verb. Signif. addé L. 25. pr. D. ad Sct. Trebell. CICERO de Invent. II. 21. IDEM TUSCUL. Quæst. I. 43. VELLEI. FATERCVLVS Lib. II. c. 32. & 93. & Suetonivs in Aug. c. ult.

*(Sed inde non sequitur, quod
ad iuris non sunt. Ita
ad dantur, quod a protra-
re fieri, statim omnia
inhibeatur, sed tunc est
contrario, secundum quod
habiles.*

*2. An vero haec significatio
propter esse verbis conuenientem
et probanda erat. Sed
quod nullum est. v. Contra
longe, s. t. se contra-
rum docebat.*

m, ultimo
dem, quo-
ortuis, per
s quam te-
quid ob-
ositionibus
tiones, ra-
tium, quo-
opposita
tiae meae
andum est
n non fieri,
oscantur &
a scriptum,
n nihilomi-
bus manus
subnotatio-
ur, vel per
o⁵⁹) pree-
& sigillo-
ic instruo,
tamentum,
e ad tem-
bro 2. In-
ternum in
um, babue-
secundum
surdus &
post testa-
as aut sur-
nihilomi-
nus



Eadem vero praecipue est vis verborum; si quid contigerit. Sic enim SCAEVOLA⁶⁸⁾ Seium maritum, ait, scripsit heredem, eique substituit Appiam alumnam, siveque heredis commisit, ut post mortem suam hereditatem eidem alumnae restitueret: aut, SI QVID ANTE CONTIGISSET ALVMNAE, tunc Valeriano fratribus filio restitueret eandem hereditatem. Sic & IVLIVS CAPITOLINVS⁶⁹⁾ inquit: Marius dicit, hunc animum Severo primum fuisse, ut, si quid ei contingere, Pescennium Nigrum, & Clodium Albinum sibi substitueret. Eodem modo in Aristotelis testamento apud LAERTIVM⁷⁰⁾ legitur, "Εσαὶ μὲν ἐν ἑάν δέ τι συμβαίνει, τούτῳ διέθετο Αριστοτέλης. Bene quidem, ac prospere sit. Quod si quid contigerit, ita disposuit Aristoteles. Similiter Theophrastus in testamento suo apud eundem LAERTIVM⁷¹⁾: "Εσαὶ μὲν ἐν ἑάν δέ τι συμβαίνει, τούτῳ διέτελεν. Bene quidem, ut sperro, erit: Caeterum si quid contigerit, ita statuo. Iam non equidem sum nescius, saepe ultimam voluntatem patrisfamilias iure ordinatam atque perfectam, eum postea, quem in votis habebat, effectum non sortiri, cogites testamentum destitutum, ruptum, irritum etc. negandum tamen non est, hoc demum evenire, si defectus insirmans testamentum sele exserat intuitu formae testamenti internae, non vero externae, nisi forte ipsi testatori aliquid contigerit, putasi civitatem amittat per subitam servitutem, de quo tamen casu nobis non sermo est. Argumentum meum secundum est hoc. Imp. THEODOSIUS & VALENTINIANVS⁷²⁾ ad testamenti scripti varidatatem tantum requirunt, septem testes rogatos, cives Romanos, puberes,

*Vobis enim T. de validitate legationis
testamenti ac eius oratione,
quatenus devenit et
tum requiri et a principiis
caelat legitime et certe
principiis*

68) in L. 41. §. 12. D. de legatis III. Addebat quandoque vocem *humanitus*. videlicet de L. 26. princ. D. depositi. L. 30. §. 4. D. de admend. legat. §. 1. I. de donat.

69) in Clodio Albino. Cap. III.

70) Lib. V. segm. u. adde segm. 12.

71) Lib. V. segm. 51. caeterum adhuc notandum est, quod, sicuti duplex Romani habuerunt caput, naturale, & civile, quo status civilis specialis designabatur, vide V. C. MADHNIVM in Institutionibus Lib. I. Tit. II. §. 5. ita & duplicitate mortem habuerint, mortem naturalem, & civilem, quae posterior in maxima mediaque capituli deminutione confitebat. cfr. BRISSONIVS de Verbor. Significari. voce *mors*: indequ evenit, ut & medium, maximamque capituli deminutionem passis, aliquid corrigisse eleganter in Legibus dicatur. L. 6. §. 5. D. de iniust. rupt. irrit. factio testam.

72) L. 21. co. v. de Testamentis.

Sic enim substituit em suam contineandem Marius tingeret, Eodem r., "Esa idem, ac Simili-
 v m ⁷¹); ut spe-
 quidem ordinaria effectum situm etc.
 us infir-
 mae, it, puta
 casu no-
 te. Impp.
 scripti va-
 romanos,
 puberes,
 anius, vi-
 de donat,
 ex Romani
 signabatur,
 & dupli-
 or in maxi-
 de Verbor,
 que capitis
 r. L. 6. §. 5.

puberes, uno eodemque die ac tempore; nullo actu extraneo interveniente, omnes simul subscribere & consignare testamentum, finique testamenti subscriptiones & signacula testium esse decreverunt, minime vero ad validitatem testamenti scripti requisiverunt, ut illi ipsi septem testes, qui adhibiti fuerunt in subscribendo & sub-signando testamento etiam adhibeantur in recognoscendo, sed, ut supra vidimus, coagit tantum Praetor signatores convenire, & sigilla sua recognoscere ideo, quia publice expedit, suprema hominum iudicia exitum habere, ⁷³⁾ adeoque ad certiorum voluntatis probationem. Probe itaque distinguenda est quaestio validitatis testamenti, a quaestione probationis: in eo quidem utraque quaestio convenit, quod sicuti ad testamentum valide condendum, ita & ad testamenti valide conditi probationem septem requirantur testes, minime tamen ad validitatem testamenti pertinet, ut illi ipsi septem testes, in condendo testamento adhibiti, tempore publicati testamenti sint superstites, sed hoc pertinet ad quaestionem probationis, indeque testamentum semel valide coram septem testibus conditum, non ideo infirmatur, quod postea testibus quid contigerit, sed manet validum, & deficit tunc tantummodo saepe probatio. Intrat tunc carmen pragmaticorum: non deficit ius, sed deficit probatio. Iam cum in testamento scripto omnes septem testes de veritate facti testamenti perfectissima per suas subscriptiones perhibuerint testimonium, ⁷⁴⁾ quidni igitur iam sufficit, si constet de subscriptionibus & sigillis, quorum fides aliis argumentis confirmari potest? Deinde haud leve sane exinde etiam deduci argumentum potest, quod neque Jure-consulti Romani, iurisque civilis Architecti, ⁷⁴⁾ neque IVSTINIANVS ⁷⁵⁾ iis in locis, ubi in enumerandis modis variis, quibus testamenta iure facta, subsequenti facto casuque infirmantur, ex instituto versantur, nusquam fecerint mentionem modi, quo testamentum, iure ordinatum, ex hoc etiam capite irritum fiat, quod vel quidam

Vix reipublica expediat
 huius ideo cogendi ius da-
 liquatur. Sic vero iugum
 admodum benevoli, ut non
 ex iulio trahi. Quoniam
 iugum aperte non datur
 apparent, et
 sic polius certam, et
 affine comparatione.

Insula! Ponentis iugis
 non probat, nullo sub-
 stitucionis.

Tolle quidam principie
 perstitutionem.

Prodot est post a leibus
 et tunc effectum, ab ipse
 bico ipsum tuum non
 superbi.

Huius loci jam illa sententia
 que cura et pars sancta
 in corpore sanco.

73) L. 4. C. 5. D. Testam. querendam. aperiant.

74) Puta in Titulo D. de iniusto, rumpto, irrito facto testamento.

75) in Tit. INSTIT. Quibus modis testamenta infirmantur.



quidam vel omnes testes, in condendo testamento adhibiti, e vita
 discesserint, sicque iidem ipsi suas subscriptiones, sigillaque sua non
 amplius recognoscere possint. Et quamvis rationem, quapropter
 iure perfectum testamentum ob supervenientem caussam inhabilita-
 tis, infirmetur, vel in testatore, vel in herede posuerint, nusquam
 tamen quendam etiam, quo testamentum iure ordinatum, postea
 irritum sit, modum in defectu quodam circa testes, in condendo
 testamento adhibitos, post conditum testamentum se exserente, nec
 Ietros, nec IVSTINIANVM posuisse invenimus. Qui itaque casus
 testium defectus, quo frequentior evenerit Romae ob communem
 hominum mortalitatem², eo minus certe omisissent rationem, si
 in falso, a recognoscere
 quoniam de testamentis
 quia curta. Propterea mor-
 tes sepe articulo illius
 condere solebant et quies-
 cebant.

2) Galum ei modo lib. 20.
 In quinque legiacionib.
 in falso, a recognoscere
 quoniam de testamentis
 quia curta. Propterea mor-
 tes sepe articulo illius
 condere solebant et quies-
 cebant.

3) Nam loco probatio eius
 testamenti.

pars signatorum fuerit inventa, poterat ipsis intervenientibus resignari testamentum, & recitari, cum quo & PAVLLVS⁷⁷) consentit, Tabulae testamenti, inquiens, aperiuntur hoc modo, ut testes vel maxima eorum pars adhibeat, qui signaverunt testamentum. At enim vero ergo saltim ex ipsa Pauli & Vlpiani sententia allata, maior pars testium tempore publicati testamenti requiritur superstites? Frustra es, qui hoc nobis obmoves! PAVLLVS tum, cum VLPIANVS in allegatis quantivis pretiis fragmentis unice in eo sunt, ut testamentorum aperiendorum modum describant: Et postquam VLPIANVS in antecedentibus officium praetoris in tabulis aperiendis descriperat, in eo consistens, ut cogat signatores convenire, & sigilla sua recognoscere, addita ratione, quia publice expedit suprema hominem

76) in L. 6. D. Testam. quemadmodum operiant.

77) in recept. Sent. L. 4. Tit. 6. §. 1.

num iudicia exitum habere i.e. ad certiorem voluntatis probationem,
quaestionem proponit, an tabulae sint aperienda, si unus vel qui-
dam de septem testibus deficiant, & sint absentes, & inquit, si tan-
tum maior pars signatorum fuerit inventa, posse bis intervenientibus
resignari testamentum & recitari. Si vero unus ex signatoribus ab-
 sit, ex sententia CAII mitti debebant tabulae testamenti, ubi ipse sit,
 uti agnoscat, quamvis, si modo maior pars praesentium signato-
 rum fuerit inventa, aperiri tabulae potuerint, si vero ne quidem
 maior ad sit signatorum pars, vel omnes absint, non aperiendas CA-
 IVS.⁷⁸⁾ dicit tabulas testamenti, sed eo mittendas, ubi testes absen-
 tes sint, ut ibi adgnoscant, ideo, quia revocari eos adgnoscendi cau-
 sa onerosum erat, quippe saepe cum magna captione a rebus no-
 stris revocantur, & fit iniquum, dannosum cuique esse officium suum.
 Maximam vero testium partem adesse debere, ut tabulae resignari
 possint, clare PAVLVS loco modo allegato testatur, certe, si mi-
 nor etiam testium praesentium pars sufficeret, dicturus: *Tabulae te-*
stamenti aperiuntur hoc modo, ut testes vel omnes, vel quotunque fuer-
int praesentes, adhibeantur. Sed excipit tamen CAIVS casum, ubi vel
 omnibus absentibus aperire tabulas, curet Proconsul, si nempe cau-
 sa aliqua necessitatis aperire tabulas urgeat, quo quidem in casu
 Proconsul curare debet, ut intervenientibus optimae opiniois viris
 aperiantur, & post descriptum & recognitum factum, ab iisdem,
 quibus intervenientibus aertae sunt, obsignentur: tunc denique eo
 mittantur, ubi ipsi signatores sunt, ad inspicienda sigilla sua. Quum
 itaque Lex tantum dicat, quando Praetor aperiat tabulas, idque tum
 fiat, si vel omnes testes adsint, vel maxima saltim pars, in casu ve-
 ro, quo quis ex signatoribus aberit, eo mittendas iubeat testa-
 menti tabulas, ubi ipse sit, uti agnoscat, & si forte omnes absint,
 non nisi ex causa urgente aperire tabulas Proconsul curet, sed eo mit-
 tendas, ubi ipsi signatores sunt, ad inspicienda sigilla sua, quis
 quaelo inde statim concludet, ergo, si ne quidem maxima adest
 testium pars, corruit testamentum cum id lCto nostro Vlpiano in
 mentem nunquam partim venerit ideo, quia tunc tabulas eo mitten-
 das

G 2

78) in L. 7. D. Testam. quem, aper.

1) *Cur cum iam ex tua
 voluntate testamentum
 interhibentes effine-
 rint lex ergo? Cum
 natus est nullus de cura
 tabulae licet unius con-
 via ad locum, ubi est
 signatio, necesse est
 quod et huius unius
 signis et testamento
 sum reguratur.
 Veritatem faciem
 tam etiam hanc.*

2) *Signi: qui bono libri
 publici et aprobatis
 sublatis in omnibus statutis
 statim multe etiam
 probatae sunt
 testifikationes, quales haec
 tri.*

3) *Non solum quid, non vinci-
 le est, sed etiam merum
 auctoritate signatoribus
 recognoscitur non
 sunt recognitum. S.
 auctoritate, celere par-
 alge valere, cognoscere
 nequeque in ista tabula
 testatorum effigie regatur,
 fatuorum effigie amittere.*

das statuat, ubi testes sunt, ad inspicienda sigilla sua, adeoque casum supponat, maioris testium partis praesentiam haberi posse, neque absentes esse, vel mortuos, id quod egregie innuunt verba, si tantum maior pars signatorum fuerit inventa⁷⁹); partim egregie dum doctissimi interpres *Gerb.* SCHROEDER⁸⁰ *Vir Ill. I. L. E. PÜTTMANNVS*⁸¹ *Ger. SCHELTINGA*⁸² & *Laur. ANDR. HAMBERGER*⁸³ inculcaverunt, argumenta a contrario vix ullum in iure nostro pondus habere. Sed si forsitan adhuc subscribere mihi subdubites, addo adhuc id: Constat, solemnem illam tabularum penes competentem iudicem aperiendarum rationem hac invaluisse occasione, cum AVGUSTVS, *Lege Iulia viceimaria lata*, viceimam partem hereditatum ac legatorum constitueret, & ex *Legis Iuliae caducariae* sententia, ante apertas tabulas hereditatem adire non licet, quum vero viceimam iam ipsa IVSTINIANI aetate, uti ipse ait⁸⁴), ex Romana recesserit republica⁸⁵) adeoque, uti *F. BALDVINVS*⁸⁶ observavit, ipsa *Lex Iulia de Viceimma* quadam desuetudine & Christianorum principum indulgentia, ceu odiosa alienarum hereditatum delibatio iam ante IVSTINIANVM plane abrogata fuerit, ipseque IVSTINIANVS⁸⁷) in celebri illa de *caducis tollendis*

79) cfr. *Zach. HVPERI* diss. de *Testamento Iul. Caesaris*. Cap. I. §. 4. in fine. & *Petr. de GREVE* in *Exercitac. ad Pand. loca difficil. Exercit.* 19. §. 4. p. 452.

80) in *Observat. Iur. Civ.* Lib. I. cap. 4.

81) in *Probabilium iur. civ.* Lib. I. c. 5. §. 1. p. 30.

82) in diss. de *Emancipatione*, quae extat in Tom. II. *Iurisprudentiae Antiquae a V. C. Dan. FELLENBERGIO* in lucem emissa. pag. 50.

83) in *Opusculis* pag. 19.

84) in *L. ult. cod.* de *Edicto D. Hadri. toll.*

85) Quando vero huius viceimiae abrogatio facta sit disquirunt *Abr. WIELING* in *LeCt. Iur. Civ.* Lib. II. c. 32. p. 265. & *Petr. BVRMANN* in *Tr. de Vedigalibus Pop. Rom.* Leidae 1734. c. XI. p. 181.

86) in *Comment. ad Leges de iure civili, Voconiam, Falcidiam, Iuliam, Pap. Popp. Halae 1730.* pag. 156.

87) v. *L. unicam C. de caducis tollendis.* de qua quidem constitutione edenda iam diu cogitasse *Imp.* vel inde potest, quod *Tribonianus* eiusque *cunegyad* pleraque veterum fragmenta ad *Legis Iuliae caducariae* principium attemperata, ita immutarunt, ut iam ubique fere in Pandectis ius antiquum a IVSTINIANO revocatum regnare videatur. Quod *TRIBONIANI* emblemata iam

dis constitutione finem Legi Iuliae caducariae attulerit, adeoque ipsa e medio sublata sit causa, qua propter tabulae testamenti apud iudicem competentem ab herede proferendae & solemniter aperiendae erant, quin eo ipso solemnis illa a PAVLLO VLPIANO que descripta tabularum aperiendarum ratio e republica sit proscripta, quid est, quod dubitemus⁸⁸⁾? Inde & IVSTINIANVS⁸⁹⁾ ad obtinendam bonorum possessionem solas tabulas testamenti prolatas, depositionibus i. e. subscriptionibus⁹⁰⁾ testium legitimi numeri vallatas, sufficere voluit, quas vero sicut necessarias esse nemo ambigit, ut testamentum iure perfectum dici possit, ita earum ut recognitio ab ipsis subnotantibus testibus fiat, nihil ad essentiam & validitatem pertinere ex eo intelligimus, quod nullum de illo verbum⁹¹⁾ apud Iustinianum neutrō in casu, sive contradicitor extiterit, nec ne, inveniatur qui sāne, non minus recognitionis ab ipsis testibus facienda, quam signaculorum adhibendorum necessitatem irrogasset, si testamenti validitas non minus ex recognitione ab ipsis testibus facienda, quam ex subscriptionibus penderet. Praeter ea accedit & hoc, eo tempore, cum adhuc solemnis tabularum aperiendarum ratio obtineret, cum testes absuissent, & res urgeret, non minus interim aperiri testamentum potuisse, intervenientibus optimae opinonis viris, ab iisque recognosci testium absentium subscriptiones⁹⁰⁾). Quid vero obstat, quo minus idem multo magis statuamus, per alios nempe

G 3

pro-

- iam To. INC. WISSENBACHIVS in Emblemat. Tribou, Part. ff. V. pag. 10.
recte notavit.
- 88) Differunt Guil. Hieron. BRÜCKNER in diss. de apertura testamentorum. Ien. 17n. §. 7. sed absque ulla ratione addita. Egregie inquit Iac. VOORDA in Interpretationibus & Emendationibus Iuris Romani. Trai. ad Rhen. 173. cap. I. pag 5. Quam leges nos obligent ex voluntate scilicet in; non praeter eam: quinque vis & potestas legum postulat in eorum sententia; hoc est, in eo, quod volum leges, noluntur, id quod ex sola constituerunt mente ac voluntate penderet: interesse arbitror, utrum cum ratione legis cessent simul eius sententia & constituerunt volum, nee ne. His itidem cessantibus, non potest non cessare vis, parsque & effectus legis. Stime hoc principium, & applica, & sine dubio calculum tuum adicies, praeſertim si cogitaveris, nullam posthac aperturas solemnis testamenti privati in iudicio factae fieri mentionem.
- 89) in L. ult. C. de Edict. D. Hadri. coll.
- 90) in L. 7. D. Test. quem, aperiant, & L. 2. cod. eodem,

*V. Adde: de quaque
veritate sufficienter
confat iuris;*

*2. Halconem reddit:
Supra pag. 49. col. 6.*

*2. Ne iste codes aperte
rile tabulas, quod
ullam de regni ve
rem quocunq[ue] latet
et condicere dicuntur
et tabulas, quod eam
re vera complectunt
idei. Alii libatores s
a libelli libatores n
t de p. libatores per
feliciter mem curro
deram.*

eoque car-
posse, ne-
verba, si
regie du-
I. L. E.
dr. HAM-
am in iure
mihi sub-
um penes
uisse occa-
cicesimam
gis Iuliae
non lice-
, uti ipse
Fr. BAL-
am desue-
osa aliena-
e abroga-
cis tollen-
dis
in fine. &
4. p. 452.


Antiquae &

WIELING
de Veteri-

Pap. Popp.

tione eden-
que conveget
am attempe-
quum a riva-
i emblemata
iam





probae opinionis viros, quibus tum testatoris, cum testium manus bene est cognita atque perspecta, subscriptionum testium fieri posse recognitionem, solemini illa tabularum aperiendarum ratione e republica iam proscripta. Quem tandem fugit, quantum **IVSTINIANO** curae fuerit cordique, *competentes deficientium dispositiones, quaecunque non repugnant legibus, omnibus modis impleri, cum utique id etiam a veteribus legislatoribus dictum sit*⁹¹⁾ i. e. uti V. Cons. amicus meus optimus Car. Frid. ZEPERNICK⁹²⁾ interpretatur Imperatorem servare voluisse voluntates deficientium, quoad formam internam & externam, omnibus modis absolutas, cum nec in hac, nec in illa contra legem peccaverit auctor, repertas; verbum enim *impleri* alium significatum, ac plerumque habere solet, hic sibi vindicat, in sententiā passivo accepto, significans, *effidūm suum fortiri*, ut **BRISSONIVS**⁹³⁾ testatur. Si itaque testamentum scriptum septem testium subscriptionibus vallatum sit, quid caussae est, quin valeat firmumque maneat atque probatum dici possit illud, si aliunde, quam ex ipsa testium recognitione de fide subscriptionum constet? Tandem & ipse **IVSTINIANVS**⁹⁴⁾ nobis adstipulatur, cum, de instrumentis loquens, subscriptionibus testium vallis, inquit: *Si vero moriantur omnes testes aut forsan absint, aut aliter non facile sit fidem ex testium subscriptionibus inventire, sed necessē est omnino, collationem litterarum suppletiones eorum, qui subscriptione assūmerent, tunc competens est, properare quidem ad comparationes (neque enim eas modis omnibus interdicimus) per omnem autem subtilitatem procedere, & omnino (si putaverit eis iudex oportere credi) etiam iuriandum iniungere proferenti, quia nihil maligni conscius in eo, quod a se profertur non quandam artem circa collationem fieri praeparans, se utitur eo; quatenus neque perimitur quidquam omnino, & per omnia munatio in rebus fiat.* Et quamvis non in specie de ultimis elogis loquatur Imperator, tamen Sanctionem eius ad ultima proferre elogia, ob sum-

mam

91) in Nov. 1. in Praef. §. 1. adde Nov. 66. cap. 1.

92) in Disf. I. elegg. de testamenti & fidei viribus. Hal. 1773. §. 43. p. 81.

93) de Verbor. Signific. verbo implevere, not. 2.

94) in Nov. 73. c. 7. Idem etiam fancivit Legislator Brandenburgicus in Codice Frideric. Part. III. Tit. XVI. §. 5.

mam contractuum & testamentorum similitudinem, ut supra ex Viro Celeb. PÜTTMANNO observavi, nullus dubito? Hancque opinionem amplexam esse Facultatem Iuridicam Ingoistadiensem d. 23. Jul. 1644. in causa reciproci testamenti & codicilli D. Cosmiani: Mans Consulis Styrensis in superiori Austria, & uxor eius Mariae Waldnerin testatur Casp. MANZIUS⁹⁵⁾.

§. 8.

Objectionibus Dissentientium eorum, qui testamentum quamvis solemniter conditum & perfectum, corruere tamen putant, si vel unus ex testibus ante recognitionem subscriptionum ab eo ipso factam, decesserit, satisfit.

Est haec perantiqua sane, & Glossatoribus iam residens, & adhuc quorundam opinio: *Testamentum in scriptis solemniter conditum, septemque testium subscriptionibus, & sigillis munitum, licet ab initio constituerit, corruere tamen, & infirmari, si vel unus ex testibus prius decesserit, quam sigillum suum & subscriptionem recognoverit.* Moven-
tur autem in hanc opinionem tum ob veterem solemnem tabularum aperiendarum rationem ab VLPIANO¹⁾ nobis descriptam; Addun-
que, inventam ab hoc esse solemnitatem illam publicandorum, vi-
vis adhuc testatoribus, testamentorum, veterem ab IMP. VALE-
RIANO & GALLIENO nobis descriptam, ut, si quem ex testibus
mori contingat, non ideo infirmetur testamentum, quod iam fue-
rit publicatum: *Tum etiam adserunt Textum iuris Canonici in cap. 2.
X de Fide instrument.* Verum enim vero haud distinxere Dissentien-
tes causam validitatis testamenti a causa probationis (vide §. 7.) deinde
sicuti ipsa antiqua tabularum aperiendarum ratio ipsis refragatur²⁾,
quippe quae maximam saltim testium partem adesse praesentem, ad
id, ut aperire tabulas Praetor possit, requirit; ita recognitiones sub-
scriptionum ab ipsis testibus facienda ad essentiam & validitatem
testamenti nullibi pertinent, quum finem testamenti tantum subscri-
ptiones

95) in Tr. de testamento valido vel invalido. Tit. V. Quæst. V. §. 31. pag. 336.

1) in L. 4. & seqq. D. Testam. quem, aperiant.

2) in L. 2. cod. eodem. quam supra §. IV. exhibuit exscriptam.

3) L. 6. D. Testam. quemadmodum, aperiant. PAULLVS in recept. Sentent. Lib. IV.
Tit. 6. §. 1.

manus
eri posse
e repu,
NIANO
quacun-
id etiam
us meus
servare
& exter-
a contra
m signi-
nus pas-
sionis³⁾
que ma-
ipsa te-
tandem &
umentis
morian-
n ex te-
nem litt-
r compe-
s modis
dere, &
m inii-
rofertur
titur eo;
mitio in-
atur Im-
ob sum-
mam

codice Fri-



ptiones & signacula testium esse decreverit THEODOSIVS ⁴⁾), sed ad questionem probationis, quae si vel deficiat saepe, non ideo tam deficit ius. Accedit convocationem illam testium ad recognoscenda sigilla sua tunc tantum necessarium fuisse, si testes adhuc sunt vivi, ad videndum, an quis neget se signasse, publice enim expedit, *suprema bominum iudicia exitum habere*, (vide §.7.) secus si mortui sint, tunc enim sufficit si possit aliunde probari subscriptionum veritas.⁵⁾ Quid multa? evanuisse post, sublata vicesima, sublatissime caducis, hanc tabularum aperiendarum rationem, docui. Ad alterum eorum argumentum quod attinet, nego & pernego, solemnem illam testamentorum, vivis adhuc testatoribus, publicandorum, rationem ex ratione adducta esse inventam. Constitutio *Imp. VALERIANI & GALLIENI* ad sola pertinet testamenta Romanorum iudicia, quorum indoles fuit haec, ut egregie demonstravit *Vir Ill. Georg. Sam. MADIHN*⁶⁾, ut aut a testatore, aut ab eius procuratore tum competenti magistratui, ius actorum confidendorum habenti, offererentur, si ante a testatore intra privatos parietes rite, & secundum omnes solemnitates, ex Legum praescripto necessarias condita essent, id quod egregie illustrat MARCVLFVS Lib. 2. Form. 37. quam ex Codice *Emari RANCONETTI* summus CVIACIVS in notis ad PAVLLI receptas sententias Lib. 4. Tit. 6. & in SCHVLTINGII Iurispr. Anteius, p. 401. edidit. Horum iudicium testamentorum insinuandi formam penes Romanos eleganter hic describunt Imperatores. Si enim tabulae testamenti aut ab ipso testatore, aut ab alio, loco & nomine eiusdem, Magistratui oblatae essent, vel tabulae praesentibus testibus a Magistratu statim aperiri, describendi, actisque inferendi caussa, ut nempe ex ipsis actis iudicialibus testamentum possit probari, vel testibus absentibus coram aliis honestis viris referari, & ab his rursus obsignari debeant, ut nempe ea ratione iudici tum de voluntatis testatoris certitudine, tum de

4) in L. 21. pr. GOB. de Testam.

5) V. DVARENVS ad Tit. qui Testam. fac. poss. rubr. de Testibus. Fol. 379. col. 2.

6) ad Tit. Testam. quem. aperiente. c. 4. Vigil. ZVICHEMVS ad §. 7. I. de Testam. ordin. num. 10.

6) in disp. de validitate testamenti non rite oblati. §. 8. seqq. & §. 9.

de ipsa adhibita testamenti solennitate; constaret. Inde & *Defensor* & *ordo curiae* egregie penes MARCVLPHVM dixerunt, *Quia testamentum & mandatum RITE condita, & BONORVM VIRORVM SVBSCRIPTIONIBVS FIRMATA cognovimus, aequum est, ut gesta, cum a nobis fuerint subscripta, & ab amanuensi edita, tibi ex more tradantur, eademque in archibvis publicis conserventur.* Quum itaque leges moresque locorum, ut Imperatores in rescripto nostro loquuntur, requirent, ut si testator ultimi sui elogii tabulas apud acta insinuaturus esset, prius aperiantur eum in finem, ut describatur exemplum, actisque iudicialibus inseratur, ut nempe ex ipsis actis iudicialibus testamentum posset probari, fieri prorsus non poterat, quin simul index, testes, si essent praesentes, adesse faceret, ad recognoscenda sigilla sua. Exigis probationem? & quid iustius? Testamentum a patrefamilias prolatum, apud acta insinuandum, describendum erat, eiusque exemplum actis iudicialibus inserendum, quod cum, nisi tabulae aperiantur, fieri non potuerit, necessario erant aperiendae: Iam vero ex mente PAVL¹) tabulae testamenti aperiuntur hoc modo, ut testes, vel maxima eorum pars adhibeatur, qui signaverunt testamentum, ita ut agnitis signis, rupto lino, aperiatur, & recitetur: atque ita describendi exempli fiat potestas, ac deinde signo publico obsignatum in archium redigatur. &c. ergo constat de testium, quorum praesentia haberi adhuc poterat, necessitate in actu insinuationis apud acta. Num itaque ideo solennitas illa publicandorum vivis adhuc testatoribus testatorum invaluit, ut si quem ex testibus mori contingat, non ideo infirmetur testamentum? Certe nunc ipsos Dissidentes negaturos esse, quovis pignore certarem.

Magnum denique praesidium invenisse sibi videntur Adversarii nostri in cap. 2. X. de Fide Instrument. Verba capituli haec sunt:

ALEXANDER III. (*Wigorn. episcopo ann. 1165.*)

Scripta vero authentica, si testes inscripti decepscripti, nisi (forte) per manum publicam facta fuerint, ita, quod apparent publica,

aut 7) in recept. Sent. Libr. IV. Tir. 6. f. 1.



*aut autbenticum sigillum habuerint, per quod possunt probari,
non videntur nobis alicuius firmitatis robur habere.*

Paullulum immutata haec verba in prima Decretalium collectio-
ne, quam sub Titulo: *Decretales Alexandri III. in Concilio Latera-
nensi tertio generali anno MCLXXIX. celebrato editae*, ex Codice
Mspt. *Bibliothecae Hasso Cassilanae* pervetusto & egregio primum
publici iuris fecit *Iust. Henn. BOEHMERVS*, Tomoque Secundo
egregiae suae *Corporis Iuris Canonici editionis* in Appendix sub Nro. 2.
adiecit, ibique in cap. IV. de testib. & attestat. & publicis instrum.
(Tit. XLVIII.) haec verba ita sonant:

IDEM Wigorniensi episcopo. Pars cap. Meminimus.

*Scripta vero autentica, si testes inscripti deceffirint, nisi forte per
manum publica facta fuerit, ita, quod publica appareat, aut sigil-
lum autenticum apparuerit, per quod possit prob. ri, non videntur
nobis alicuius firmitatis robur habere.*

Mihi vero hoc etiam argumentum, quamvis ex adversiorum argu-
mentis gravissimum sit, videtur esse

Par levibus ventis, volucrique simillimum somno.

Non utar defensore Viro Illustr. B. *Iusto Henn. BOEHMERO* in notis
hocce capitulum ita interpretante: *declarat his verbis Pontifex L. XI.
Cod. qui pot. in pign. bab. que docet, quasi publicis instrumentis ac-
censenda ea esse, quae trium testimoniis subscriptione munita, quod intel-
ligi debeat, modo adhuc testes vixerint, ut manus suas recognoscere
queant. His defunctis, fidem publicam amittit, & vim privati
instrumenti tantum retinet tale instrumentum, quod in concursu impri-
mis observandum. Nam praeterquam quod de instrumentis, quasi
publice confessis, id est, quibus probatae, atque integrae opinionis trium
vel amplius virorum subscriptiones continentur, ne qd quidem in
toto capitulo occurrat, quum solum testimoniis inscriptorum, non sub-
scriptorum mentio fiat: plane etiam hanc interpretationem ipsa
verba respunnt; Non enim in casu, quo testes inscripti deceffirint,
instrumentum tale vim privati instrumenti retinere debere, rescripsit
ALEXANDER, sed non videri eiusmodi scripta alicuius prorsus firmi-
tatis robur habere. Quodsi praeter ea cogito, uti egregie obser-
vavit*

vavit Vir III. PLUTTMANNVS⁸⁾ Alexandrum III. tanto leges Romanas odio prosecutum esse, ut in concilio Turonensi clericis studium iuris civilis, a S. Bernhardo⁹⁾ etiam improbatum, sub poena excommunicationis interdiceret, certe non probabile est, eum Legem quandam corporis iuris Iustiniane magis declarasse. Vt potius defensione ANT. FABRI¹⁰⁾ ita dissentientes docte refutantis Quod denique nostri obiciunt ex dicto cap. 2. X de Fide instrum. sicut ad testamenta, quae a testibus testamentariis subscripta & obsignata sunt; non pertinet, ita prorsus a nostro tractatu alienum est. Multum siquidem refert, an alicui instrumento testes inscripti sint duntaxat, ut textus ille loquitur, id est, nominati in instrumento, quod coram ipsis factum dicitur, an vero subscripterint ipsis, & signaverint. Priori casu sola testium nominatio nec solenne facit instrumentum, nec authenticum, sed necessariae omnino sunt eorum depositiones, ideoque si ante defuncti sunt, tota instrumenti fides & probatio corruit. At posteriori casu solemnis scriptura est, licet nondum sit publica, nec proinde fidem amittit, & superveniente morte testium, quippe quorum subscriptiones & obsignationes pro depositionibus sint, adeo ut & depositiones dicantur in L. ult. COD. de Edicto D. Hadriani toll. Iam quamvis non is ego sum, qui negare velim, verbum inscribere in libris iuris civilis nostris idem saepissime esse, ac subscribere nomen, uti ex L. 4. COD. si quis alteri vel sibi & L. 5. §. 4. D. de aut. & conf. tut. eleganter probavit Barn. BRISSONIVS de Verborum Significatione voce inscribere, quamvis porro vel ad momentum dare adversariis meis vellem, testes inscriptos Alexandro nostro idem esse ac testes subscriptos, ne sic tamen quidquam in campum producent, quam

H 2

reli-

- 8) in egregia diff. iuris canonici de Legislatori Ephesino ad cap. 5. X. de praescript. Cap. II. §. 6. pag. 202. quae adiecta est. Eius Probabil. iuris civ. Lib. I. p. 33.
 9) S. BERNARDVS, Abbas Claraevallensis, non Monachos solum, iurisprudentiae civili operam dantis gravissime exagitavit in Lib. de Consider. ad Eugen. Papam, sed ipsi etiam Eugenia eo nomine dictam scripta Lib. II. ad Eugen. lis verbis: *Quoridie perspiciunt in tuo palacio leges? Sed Iustiniani non dominii. Rectius etiam? Isiud tu videris. Nam lex Domini immaculata, conservans animas: eas enim non tam leges quam leges sunt & caritatem.*
 10) de erroribus Pragmaticorum Decad. LXVII. Error. 5. pag. 30.





reliquias prostrati dudum exercitus, quibus firmae ac validae obstant copiae. Teste vel uno e testamentariis, ante recognitionem subscriptionis ab eo factam, mortuo, corruere testamentum scriptum, est, quod ex hoc Alexandri nostri rescripto probare enitamini. Sed num etiam Papa vestrae responderet intentioni? Inspiciamus verba eius. *Scripta, inquit, autentica, si testes inscripti decesserint, — — non videntur nobis alicuius firmitatis robur habere.* Certe, si quam etiam olim linguae latinae operam dederim, verba *si testes inscripti decesserint, non aliter interpretari quoero, quam si omnes testes in eo inscripti decesserint, nec aliter totum Grammaticorum Senatum interpretatum iri, quovis pignore certare ausim.* Quo vero tandem pacto, qua fronte, huncce, prorsus verbis contrarium, sensum Alexandro affingere potestis, *ut scripta autentica, si vel unus ex testibus inscriptis decesserit, nullum habeant robur,* cum tamen tunc demum, *si omnes testes inscripti decesserint, non videantur ei alicuius firmitatis robur habere?* Si itaque vel vobis concedere vellem, Alexandrum loqui de testibus subscriptis, rescriptumque eius vel ad testamentorum caussam applicari posse, id saltim tamen ex hoc sequeretur capitulo, *tabulas testamenti, si omnes testes subscripti decesserint, non probare, minime vero, illud; teste vel uno e septem mortuo, corruere testamentum scriptum.* Verum enim vero, quominus Rescriptum nostrum de testibus subscriptis explicare, & ad caussam testamenti a testatore scripti, & a testibus subscripti & obsignati trahere possim, varia maximi sane argumenta momenti me movent. Primum enim nativus fere & proprius verbi *inscribere* significatus est, quod denotat *nomen referre in instrumentum, mox suum, ut exemplum vide nominis alterius in instrumento sublati, inscriptique sui in L. 36. D. ad municipalem, mox alterius, seu, mentionem cuiusdam facere in instrumento, iam vero in regula est hermenevtica, sine summa necessitate a sensu vulgari non esse recedendum,* quae regula vero hic eo magis obtinet, quo magis 2) tota Alexandri oratio, praecipue vero verba, *nisi per manum publicam facta fuerint, hunc significatum verbi inscribere vulgarem suadent, sine dubio enim quaestio Alexandro nostro proposita fuit haec,*

haec, an instrumentum, super actu quodam, praesentibus testibus inito, quorumque praesentiae mentio facta in eo est, confectum, robur habeat, testibus omnibus, in eo nominatis, emortuis? Responde Alexander, quod non, nisi per manum publicam factum fuerit, aut authenticum sigillum habuerit, per quod possit probari. Et quid iustius, quid iuris rationi convenientius¹¹⁾? Quum enim deficiant testium subscriptiones, quae ut *Imp. LEO*¹²⁾ inquit, testamentis de sinceritate testimonio sunt, & signacula, quae subscriptionibus fidem praebent, neque horum defectum sola supplere nominatio testium, in instrumento facta, possit, quale eiusmodi instrumento firmatis robur vindicabimus? Valet & hic, quod alibi monuit *REINOLDVS*¹³⁾: quum laxius videntur loqui principes, verba eorum ex analogia certi iuris interpretationem capiant. Tandem 3) accedit & hoc, quod si testes inscripti essent in nostro rescripto testes subscripti, ita, ut *ALEXANDRI* nostri sententia sit, instrumentum a testibus subscriptum, corruere, si testes subscripti omnes decesserint, necessario Alexander omnem recognitionem subscriptionum, quae fit per alios, quibus manus & sigilla subscriptorum cognita fuerunt, atque perspecta, litterarumque comparationem a *IVSTINIANO* in *Nov. 73. cap. 7.* in hoc casu denuo approbatam, prorsus hocce rescripto eliminasse & antiquasse, iam vero legem correctioriam non praesumi, partim ne illos quidem latet, qui vix a limine Themidem Romanam salutarunt, partim observavi, idem fere, quod dudum de *Iustiniano* animadverterunt *VINIVS*¹⁴⁾, *WIERLINGIVS*¹⁵⁾ & *V. III. PÜTTMANNVS*¹⁶⁾ nunquam solere eum quidquam mutare ex iure antiquo, nisi cum expressa iuris abrogati mentione, & commendatione novi ab ipso conditi, de *ALEXANDRO* nostro praedicare

H 3

posse

11) *Carl. BRETTVS* in ordin. perantiquo iudicior. civ. c. 36. penes Hoffmannum Tom. II. P. 2. p. 98.

12) in *Nov. 42.*

13) in *Opusculis* pag. 296. adde *Chrijt. Henr. ECKARDVM* in *Hermeneutica Iuris* cap. V. §. 221.

14) in *Sel. Iuris Quesit.* Lib. II. c. 20. & 21.

15) in *Lection. Iur. Civ.* Lib. II. c. 31.

16) in *Probabil. I. C. Lib. sing. cap. VII.* pag. 62.

posse¹⁷⁾ partim denique nescio, anne observationem Viri Egregii PÜTTMANNI¹⁸⁾ & B. H. REINOLDI¹⁹⁾ in rescriptis Imperatorum ius novum non esse querendum, nisi manifesta eius appareant vestigia, etiam in interpretandis epistolis Pontificum decretalibus, quippe quae, uti bene eas definit V. C. Chrift. Herr. ECKARDVS²⁰⁾, itidem non sunt, nisi rescripta Pontificum Romanorum ad relationes seu consultationes aliorum tum de quaestionibus disciplinae ecclesiasticae dubiis, tum de causis civilibus, meam hic facere possim? Sed ἐπέξειν. Satis enim hanc unam vel gravissimam rationem defendendae opinionis adversariorum, repulimus, in quem illud VIRGILII dici possit:

— — — si Pergama dextra
Defendi possent, certe bac defensa fuissent.

§. 9.

B.) De Probatione testamenti solemnis nuncupativi simplicis in specie.

Absoluta nunc plene, ut credo, testamenti solemnis scripti probatione, per septem demum testium depositiones absolvenda, in specie iam progrederior ad probationem testamenti solemnis nuncupativi simplicis, & plenius iam firmis rationibus probare enitar, ad testamenti solemnis nuncupativi simplicis probationem septem requiri testes, eosque ipsos, qui in eo ordinando fuerunt exhibiti, superstites. En ipsas rationes. a) Si verum est, quod supra §. III. probatum dedimus, ad fideicommissum nuncupativum probandum, nisi fideicommissarius elegerit heredis juramentum, & numerum testium legitimum, in illo ordinando exhibitorum, superstitem, & nimiam subtilitatem requirendam esse¹⁾, multo sane magis legitimus testium numerus ad testamentum nuncupativum simplex probandum, superstites

17) vide e. gr. c. 5. X. de praefscript. & c. 10. X. de Testamentis.

18) in Probabil. iur. civ. Libro singul. c. XIV. p. 107. in fine.

19) in Opusculis pag. 397. add. L. 17. D. de iure patronat. & Ant. Schultingius in diff. pro Rescriptis Impp. Rom. §. 4.

20) in Hermenevica Iuris cap. VIII. §. 322.

1) §. ult. I. de Fideicomm. hered. L. 32. cōd. de Fideicomm. cfr. God. Lud. MENKEN in Progr. de probatione per duos testes in causa L. ult. cōd. de Fideicomm. non admittenda, Helmst. 1756.

Egregii
 ratorum
 vestigia,
 quippe
 itidem
 seu con-
 ne dubiis,
 . Satis
 pinionis
 sfit:
 s scripti
 solvenda,
 nuncu-
 sitar, ad-
 requiri
 veritatis.
 tum de-
 deicom-
 in legiti-
 am sub-
 testium
 , super-
 stes
 ingius in
 d. M E N-
 Fideicom.

tes requirendus est, cum illud multo solemnius, multoque maiori
 subtilitate coniunctum voluit Lex, quam fideicommissum, in quo ae-
 quitatis ratio omne fere tulit punctum. Si b) paullulum in genui-
 nam testamenti nuncupativi indolem penetremus, illam praecipue
 in hoc positam in lympidis iuris Romani fontibus inveniemus, quod
 septem testes, simul uno eodemque tempore collecti, testatoris vo-
 luntatem, *palam*, i. e. ut exaudiri a testibus possit, significantis, ad
 quos substantiam suam pervenire velit, audiverint. Clare *Impp.*
*THEOD. & VALENTINIANVS*²⁾ per nuncupationem quoque, dispo-
 nunt, *hoc est, sine scriptura, testamenta non alias valere sancimus,*
quam si septem testes, simul uno eodemque tempore collecti, testatoris vo-
luntatem, ut testamentum sine scriptura facientis audierint. Iam,
 cum verum sit, quod supra evictum dedimus, testes in testamento
 solemnii adhibendos praecipue requiri ad veritatem testamenti re-
 velandam, dic quaeſo, quid opus esset, quod omnes exaudire de-
 beant septem testes? quid esset, quod testator *palam*, i. e. ut exau-
 diri ab omnibus testibus septem possit, significare debeat, ad quos
 substantiam suam pervenire velit, nisi ut aliquando, si de veritate
 & existentia testamenti conditi dubitetur, isti testes iurato testificen-
 tur; Parum enim est, quod septem testes adſuerint, si non etiam
 illud concurrat, ut omnes in testificatione ac probatione voluntatis
 consentiant, ita ut nihil proſit, maiorem testium partem consentire,
 si vel unus ex septem testibus deficiat, aut diſſentiat, *ideo enim ma-*
iorēm, teste IVSTINIANO, numerum testium expositulat Lex, ut per
ampliores homines perfectissima veritas reveletur. Indeque, inquit *VL.*
*PIANVS*³⁾, *si plures* (in testamento nempe nuncupativo, de quo
 loquitur) *fuerint testes adhibiti, sufficit, solemnum numerum exaudi-*
re. Iam ponamus duos saltim sufficere testes ad probandum testa-
 mentum nuncupativum, certe eriam sufficeret, si saltim duo ex se-
 ptem voluntate nuncupatam exaudiant. Atqui omnes septem ex-
 audiare debent, ergo & omnes septem manifestare eam debebunt, ut
 per-

2) in L 21. § 2. Cod. de Testament. adde L 26. C. eod. L 21. D. qui testim. fac.
 poss. R. 1. de anno 1512. Tit. 2. von Testamenten. §. 8.
 3) in L 21. pr. D. Qui testimonia fac. poss.

decorative flourish

perfectissima testamenti reveletur veritas. Sed veram esse hancce conclusionem meam, clare probat *Imp. LEO*⁴⁾ inquiens: *Qui ante nos de testamentis tractarunt, bifariam illa diviserunt, & alia quidem scriptis: alia vero sine scriptis confici tradiderunt.* *Quin modum, quo utrumque testamentum (& scriptum nempe, & non scriptum) RATVM FIAT,* subiecerunt: *ut scripti confirmatio in eo consistat, quod vivente etiamnum testatore, testium subscriptione ob-signationeque omnibus numeris absolutum sit: NVNCVPATIVI vero, SIVE NON SCRIPTI, QVOD SEPTEM NON INDIGNI FIDE TESTES SE AVDIVISSE, CVM ITA TESTATOR LINGVA SVA DE REBUS SVIS PRO-NVNCIARET, CONFITEANTVR.* Ecce quam praecclare haec verba meam firment conclusionem, ut, sicuti, teste THEODOSIO, testamentum nuncupativum non alias valere debet, quam si septem testes testatoris voluntatem palam ipsis significatam, audiverint, ita eius confirmatio in eo consistit, *quod iidem septem testes, se audivisse, cum ita testator lingua sua de rebus suis pronunciaret, confiteantur.* Iam in testamento condendo adhibiti certe non confitentur, se audiisse, cum tunc tantum audire eos dicat THEODOSIVS, ideo quia tunc nondum adest factum dubium, quod tamen dubium est & probandum tempore testamenti publicati, ast eo tempore, ut ratum fiat, requirit LEO; *quod septem non indigni fide testes se audivisse, cum ita testator lingua sua de rebus suis pronunciaret, confiteantur, & quid inde clarius evidenterque conclusione, etiam uno de septem testibus deficiente, testamenti nuncupativi probationem legitimam desicere, atque illud effectu suo destitui.* Iam quamvis non is ego sum, quem fugiat, quantae lites Viros inter doctos de usu Novellarum Leonis atque auctoritate sint agitatae⁵⁾), longe tamen etiam absum, ut ipsi nostrae

4) in Nov. 42.

5) *Iac. CVIACIVS Obs. Lib. XVII. c. 31. & Iac. GOTHOFREDVS in Manuoli Iur. p. 75.* ne in Oriente quidem Leonis auctoritate eius Novellas auctoritatem obtinuisse arbitrati sunt; Alii contra, veluti *Corn. van BYNCKERSHOECK in Observat. Lib. IV. c. 1. & Casp. Achat. BECKIVS* in diss. *perrara de Novellis Leonis earumque usu & auctoritate* Ien. 1726. & in progr. *de Novellis Leonis*, Ib. 1729. pristinum earum usum sub Imperio Leonis defendere, quin hodiernam nonnullarum auctoritatem testimonio atque exemplis confirmare sustinuerunt, quibus

é hancce
Qui ante
a quidem
lum, quo
RATVM
d vivente
ibis nu-
CRIPTI,
IVISSE,
IS PRO-
haec ver-
SIO, te-
I septem
erint, ita
audivisse,
siteantur.
se audi-
deo quia
& pro-
ratum
isse, cum
& quid
a testibus
deficere,
m, quem
Leonis
ut jipsi
nostrae

nostrae LEONIS Sanctioni, quatenus iuri Iustinianeo contraria est, auctoritatis quid vindicare velim. Id tamen velim, ut mihi des, (dant enim & ii, qui ne quidem in Oriente auctoritatem eas obtinuisse arbitrii sunt,⁶⁾ usum earum ad difficillima iuris Iustinianei capita explicanda esse maximum, bonasque eius legum Iustinianearum interpretationes a Prudentibus nostris recipi, quemadmodum in oriente diutissime valuerunt. Indeque & hac Leonis Novella pro thesi mea fundanda eo potiori utor iure, quo certius est, LEONEM, quem si vel Historicum agere dicerem, num ipsi denegares fidem? expresse referre, id sancivisse eos, qui ante eum de testamentis tractarunt, iurisque adeo ante se constituti mentionem iniicere. Tandem & praxin consentientem habeo, de qua testantur Casp. MANZIUS⁷⁾, HARPRECHTVS⁸⁾, MYNSINGERVS⁹⁾, qui simul testamentum nuncupativum etiam iuxta camerae Imperii praecise per VII. testes probandum esse, testatur, Anton. FABER¹⁰⁾, L. B. de LYNCKER¹¹⁾, Henr. ZOESIVS¹²⁾ CARPOVIVS¹³⁾ RICHTER¹⁴⁾, Lud. GUNTb. MARTINI¹⁵⁾, aliique.

§. 10.

Opinio eorum refutatur, qui ad probandum testamentum nuncupativum duos sufficere putant testes.

Restat postremo eorum DD. adhuc refutanda opinio, qui ad probandam ultimam voluntatem ore nuncupatam duos sufficere volunt

quibus tamen eleganter dicam scripsit V. C. Io. Theoph. SEGERVS in diff. eleganti de Leonis philosophi constitutionum Novellarum auctoritate. Lips. 1767.

6) vide Io. Th. SEGERVM in diff. cir. §. 12. eleganterque inquit GRAVINA in Origin. Novellae Leonis non corpus Iuris auxerunt, sed recepi iuris intellectu geniam.

7) in Tract. de Testamento valido vel invalido. Tit. V. Quæst. 6. n. 46. pag. 38. ¶
Quæst. 8. §. 21.

8) in Confid. Nov. 44. num. 184. seqq.

9) in Centur. 4. Obs. 98. num. 1. ¶ 9.

10) de erroribus Pragmat. Dec. 67. err. 1. p. 329.

11) Reffons. 17. n. 45.

12) in Comm. ad Dig. Lib. 29. Tit. 3. n. 5. Edit. Coloni. Agripp. 1745. pag. 818.

13) Part. III. Confid. 3. def. 36. p. 923.

14) Part. VI. Confid. 37. n. 4. ¶ n. 18.

15) in Iurisprud. civili Lib. II. Tit. 10. §. 14. n. 18. ¶ 19.



lant testes. Sic sentiunt STRYCKIUS¹⁾ MEVIVS²⁾ Io. Aug. HELLFELD³⁾ LEYSERVUS⁴⁾ & V.Cl. CAR. FRID. WALCHIUS⁵⁾. Rationes eorum opinionis, si quaeris, uno fere omnes ore consentientes eos invenies in eo, quod tibi respondeant, *quia alia ratio est condendi, alia probandi testamentum: In questione enim veritatis numerus testimoniū pluralis duobus est contentus per L. 12. ff. de Testibus⁶⁾.* Verum enim vero quicunque nostra prius perlegerit, refutari hoc argumentum facillimo poterit opere; Cum enim in §. 2. *dissert. nostrae* falso illo principio, plenam probationem duobus testimoniis fide dignis semper absolvī, me obvium iam dederim, sacramque illam L. 12. *D. de Testibus* ancorām, illam falsarum conclusionum lernam, praeciderim, in §. 3. vero sole clarius probaverim, numerum testimoniū testamentariorum septenarium praecipue ad perfellissimam testamenti veritatem revelandam requiri; Tandem in §. 6. falso illo principio dicam iam scripserim, quoad legitimū testimoniū numerum *aliam esse condendi, aliam probandi testamentum rationem*, quae hic repetere si vellem, agerem acta; certo certius, ipsis Atlantibus demolitis, arx ipsa sententiac concusa labatur necesse est. Sed non contentus hoc arguento Dissidentium unico, plura adhuc addit Vir Cons. WALCHIUS, in quibus perlustrandis & refutandis paullulum haerebo. Argumenta eius haec sunt: 1) *Quum duo testes idonei sufficient ad rem quandam plene probandam, uti constat omnibus, merito ea ex re colligimus, neque corrui posse testamentum, si deceaserint quidam e septem testimoniū numero, antequam testati sunt de ultima voluntate.* Verum enim vero, uti ipsum principium, quod περτέω φεύδει in animum inducit suum Vir Illustris, *quod nempe semper duo testes idonei sufficient ad rem quandam plene probandam*, prorsus nego, per ea, quae §. 2. *Diss. meae* attuli, ita prorsus nego consequentiam, secure sub clypeo IUSTINIANI

1) *de caueris Testam. c. 5. §. 43.*

2) *Part. IV. Decif 13.*

3) *in Digestis Lib. 28. Tit. 1. §. 1417.*

4) *in Spec. 35. med. 4.*

5) *in Introductione in controversias iur. siv. Ien. & Lips. 1771. Sect. II. cap. IV. Memb. 3. §. 8. pag. 182.*

6) *Sunt verba STRYCKII cit. loco,*

g. HELL-
tiones eo-
eos inve-
ndi, alia
testium
um enim
umentum
falso illo
per absolu-
Tefibus
m, in §. 3.
tariorum
revelan-
tripserim,
proban-
em acta;
e concus-
o Dissem-
in qui-
enta eius
am plene
s, neque
m nume-
im vero,
cit suum
em quan-
diff. meae
IVSTI-
NIANI

NIANI⁷⁾ delitescens, inquietis: *Lex etenim, ne quid falsitatis in-
currat per duos forte testes compositum testamentum, maiorem numerum testium expositulat, ut per ampliores homines perfectissima veritas reveletur* (cf. §. 3.). Quando nunc vero Vir illi revelanda est testamenti veritas? Num forte dum conditur testamentum? minime! cum tunc tantum Imp. THEODOSIVS, ut supra vidimus, requirat, *ut septem testes simul uno eodemque tempore collecti, testatoris voluntatem audiant, ideo, quia tunc nondum adest factum dubium, quod tamen dubium est & probandum post mortem testatoris, cum super eius disputatur hereditate, quae viventis non datur, eo vero tempore Imp. LEO⁸⁾ eos, qui ante se de testamentis tractarunt, nuncupativi testamenti confirmationem in eo consistere subiecisse ait, quod septem non indigni fide testes se audiisse, cum ita testator lingua sua de rebus suis pronunciaret, consteantur.* Iam si dececerint quidam ex septem testium numero, antequam testati sunt ultima de voluntate, num per legitimum testium numerum in componendo testamento adhibitorum perfectissima revelari poterit veritas, quod tamen, ne quid incurrat falsitatis expositulat Lex? Num ex Sententia Imp. LEONIS mortuis ex septem quibusdam testibus confirmationem testamenti habebis nuncupativi? Id quidem Viro Consultissimo do, non corrue re & infirmari testamentum, si dececerint quidam ex septem testium numero, sed perfectissima tunc deficit testamenti probatio. (vide §. VII. diff. nostrae pag. 49.).

Pergit 2) *Si testamentum ante obitum testatoris a testibus publicatum plene probat, licet ante testatorem vivis eximantur; merito statuere quoque possumus, nos adquiescere debere, ubi alio modo probari queat.* Sine dubio Vir Cons. si quid video, in animo habuit L. 2. Cod. Testam. quemadmodum aperiant, in qua Impp. VALERIANVS & GALLIE-
NVS formam testamenta apud Acta insinuandi apud Rom. descri-
bunt, ad quam semper publicatio vivo adhuc testatore praesentibus
vel testibus, vel iis absentibus, coram aliis honestis viris, qui ite-

⁷⁾ in L. 2. cod. de Fideicommissu.

⁸⁾ in N. 2. 42.



rum ob-signarent tabulas, requirebatur, uti egregie id docuit *Vir Ill-MADIHNIVS* in saepe laud. *Diss. eleganti* §. *VIII* seqq. Sed praeterquam, quod haec lex tantum de testamenti iudicialis scripti loquatur publicatione, in ipsa insinuatione obveniente, etiam, quod pace Viri dixerim, prorsus nego conclusionem ex hac lege petitam. Constat, de eo enim casu loquitur *L. 2. C. Testam.* quem aperiantur, si tabulae testamenti magistratui oblatae essent a testatore, tabulas testamenti vel testibus praesentibus a magistratu statim aperiendas, describendi actisque inferendi causa, ut nempe ex ipsis actis iudicibus testamentum possit probari, vel testibus absentibus coram aliis honestis viris referandas & ab his rursus fuisse ob-signandas, caussaeque cognitione sic tam super certitudine, quam solemnitate voluntatis instituta a Magistratu signo publico iterum fuisse ob-signatas. Eiusmodi itaque testamentum, praesentibus omnibus testibus vivo adhuc testatore praesente publicatum, descriptumque & actis iudicibus insertum, quia plene probabat, probari etiam posse testamentum nuncupativum privatum per testes, non septem, sed tantum, quot sint, superstites, concludere si vellem, nonne a diversis ad diversa concluderem? Nonne claudicaret conclusio? Tandem *Tertium Viri* argumentum est: *Si heres testamentarius per instrumentum, super testamento confitetur nuncupativo, illud probare potest, uti L. 2. & L. 18. C. de Testam.* clare statuant, merito adserere debemus, admittendam quoque eius probationem esse, quam per quosdam testium instituit. Equidem iterum, uti praemissas, pro generaliter veris assumtas, nego, ita & conclusionem nego. Ad praemissas quod artinet, primum allegatae leges 2. & 18. *C. de Testam.* id sane non probant, quod *Vir. Consult.* exinde evincere studet *L. 2. Cod. de Testamentis* Rescriptum continet *Imp. ALEXANDRI* huius tenoris: *Publicati semel testamenti fides, quamvis ipsa materia, in qua primum a testatore scriptum relictum fuit, casu, qui probatur, intercidit, nihilominus valet.* Ad hanc legem rite intelligendam, notandum est, illarum testamenti tabularum, quae a testatore ipso apud iudicem non depositae, sed tantum ab herede, ut publice aperirentur, post mortem testatoris, prolatae erant, publicatarum authenticum, exemplo

it Vir ill.
praeter-
ti loqua-
t ad pace
petitam.
eriantur,
tabulas
riendas,
iudicia-
ram aliis
causae-
e volunt-
signatas.
us vivo
fis iudi-
le testa-
sed tan-
diversis
tandem
rument-
est, uti
bemus,
testium
r veris
s quod
ne non
Cod. de
enoris:
rimum
lit, ni-
um est,
dicem
, post
, ex-
emplo
emplo aetis iudicibus inserto, heredi fuisse redditum. Sic enim VLPIANVS²⁾ disputat, quisnam ex pluribus heredibus tabulas testamenti possidendi ius habeat? iudicisque in familiae erciscundae iudicio officium ita instruit: sed et tabulas testamenti debet aut apud eum, qui ex maiori parte heres est, iubere manere, aut in aede depo- ni. Nam et Labeo scribit, vendita hereditate tabulas testamenti de- scriptas deponi oportere. Heredem enim exemplum debere dare: TA- BULAS VERO AVTHENTICAS IPSVM RETINERE, aut in aede de- ponere. Iam Imperator in rescripto nostro Expedito cuidam consulenti respondit, authenticō, post peractam publicationem ei reddito, licet amissō, ipsius testamenti, semel publicati, fidem integrā manere, eiusque tenorem ex iudiciali exemplo probari posse. Ex hoc itaque rescripto patet, 1) sermonem in eo esse de testamento scripto, 2) quod solemniter coram iudice competente publicatum erat, cuiusque authenticum, 3) casu erat amissum, de cuiusiam quaerabatur probatione, ex iudicali exemplo descripto, aetisque inser- to, instituenda. Iam vero, quomodo, quod pace Viri, quem maxime veneror, dixerim, quomodo exinde claram, uti dicit, proba- tionem petere potuerit, heredem testamentarium per instrumen- tum, super testamento nuncupativo confectum, illud probare posse, equidem non video. Ad alteram vero L. 18. cod. de testam. quod attinet, praecipit in ea ARCADIVS, ut testamentorum tabulae apud acta magistri census, ubi a testatoribus publicatae, id est, insinua- tae essent, sive depositae, aperirentur. Ratio legis manifesta est, quia nempe ab aetis censualibus, si ad alium Magistratum deinceps transferuntur, ubi a testatore non insinuata, seu deposita, atque adeo eius quoque aetis ab initio minime inserta essent, fidem publi- cam amplius certitudinemque habere nequeant. In hac itaque etiam constitutione, quippe quae de testamento scripto a testatore apud acta magistri census insinuato loquitur, de probatione testamenti nuncupativi, per instrumentum, super eo confectum, nec yes, nec no scriptum legitur. Sed subridebit sine dubio Vir Excellentissimus,

9) in L. 4. D. Fam. erojſe. cfr. V. C. G. S. MADIHNIUS in diss. de validitate testa- menti non rite oblati, ſ. IX. p. 30. & 31.

me tam multum fuisse in exponenda harum legum sententia, plus enim hercule! apud me ponderis habent magna Viri Summi in Iurisprudentia elegantiori merita, quin non potius ex incuria librario-ruin, quam serio ab eo appositas has leges credam. Si quid igitur divinare quo^e, in animo sine dubio habuit Constitutionem iusti-
ni in L. 8. cod. *Qui testamenta fac. poss. vel non.* Quae quidem constitutio, quamvis clarissimum praebat documentum instrumenti, super testamento oculis carentis nuncupativo confecti, plenum robur obtinentis, praetermittendum tamen non est, ab Imperatore in hoc casu expresse requiri, ut 1) instrumentum vel tabularii manu, vel a tertio, vel ubi tabularius reperiri non possit, a teste octavo fuerit confectum; 2) ut a septem testibus fuerit subscriptum, & de-hinc confignatum, iam velim cogites, quod supra dedi demonstratum, testem testamentarium per suam subscriptionem perhibere testimoniū, adeoque septem in hoc casu adesse testimoniū depositiones, corroboratas 3) subscriptione tabularii ipsius, vel testis octavi. Quotus itaque tandem quisque erit, qui ex his tam firmis rationibus huic instrumento vim testamentum nuncupativum probandi denegaverit, omnibus etiam testibus mortuis? Verum enim vero, quia in lege nostra instrumentum tale his requisitis institutum, super nuncupativo testamento confectum plenum robur firmitatis haberet, & per illud testamentum potest plene probari, num ideo statim procedet conclusio, ergo admittenda quoque probatio ea est, quam heres per quosdam testimoniū forsitan superstitione instituit? Septem in tali instrumento vides testimoniū depositiones non tantum, sed & tabularii vel testis octavi subscriptionem, & testimonium, quomodo vero duobus forsitan superstitionibus testibus in casu instrumenti desuper non confecti, eandem tribues probandi vim, qualem lex instrumento tribuit, septem testimoniū depositionibus vallato? Quid? cui octavi adhuc testis, vel tabularii accessit subscriptio? Non quidem ego is sum, qui negare velim, testamentum nuncupativum probari posse per instrumentum desuper confectum; attamen, negandum etiam non est, ut scriptura testamentum nuncupativum continens pro valida, id est, vi probandi praedita haberi possit, varia requiri, de quibus

quibus vide, egregie quae disputaverit Vir Illustrissimus, Praeceptor meus omni pietatis cultu in aeternum devenerandus *Dan. NETTELBALDT*¹⁰⁾, a qua tamen Scriptura argumentum duci ad probationem per duos testes etiam admittendam, in casu instrumenti deficientis, nequit. Lex etenim semel pro semper, ne quid falsitatis incurrat, per septem testes perfectissimam testamenti revelari vult veritatem. Sed superstites deponunt adfuisse septem! Bene, num vero sola existentia septem testimoniis sufficit? Num ideo, quia septem adfuisse constat per duos superstites, septem etiam ipsi testes, se audivisse, cum ita testator lingua sua de rebus suis pronunciaret, iurata confessi sunt? Atqui nuncupativi testamenti in eo consistit confirmatio? Aut num forsitan testis potest pro teste deponere? Sed *et cetera*. Quum iam ultimae Dissertationis meae pagellae sub prelo sudarent, incidi forte fortuna in Viri Consultissimi *Christiani Aug. LAVRICHII* dissertationem elegantissimam *de coeco idoneo in testamētatione teste*, sub Praesidio Viri Summi *Aug. Frid. SCHOTTII* *Lipisae* cl^o c^o CLXXIII. defensam, quem in § XII. diff. etiam a nobis Dissidentem reperi, sufficereque statuerem, si modo duo testes, in testamento ordinando exhibiti, & veritatem & solemnium observationem, & contenta testamenti, si id nuncupatum est, certa faciant. Quum tamen argumenta Viri Consultissimi, quamvis elegansissima, non tanta mihi visa sint, ut ideo vadimonium deferendum putaverim, liceat mihi Viri pace, de iis, mihi quid videatur, paucis exponere. Primum Viri Consultissimi argumentum hoc est, quia testes testamentarii solemnitatis causa addibantur, quorum quidem praesentiam lex necessario requirit, ut per eam actus constituantur, atque efficiantur,¹¹⁾ qui sine eis nullus intelligitur, & plane non celebratus;¹²⁾ probatio autem eiusmodi actus, ubi in iudicium deductus est, per hosce testes necessario non expeditur, sed quocunque modo absolvitur.

Verum

10) in diff. elegantissima de testamento nuncupativo in scripturam redacto. Halae 1753 cap. II. §. 18.

11) L. 22. cod. de testamēt.

12) L. 2. §. 1. D. quemadmo. testam. aper. QVINTILIANVS Declam. 308.



Verum enim vero quamvis non negem septem testes testamentarios a lege necessario etiam ideo requiri, ut per eorum praesentiam actus constituitur atque efficiatur, hunc tamen testium numerum ad perfectissimam testamenti veritatem revelandam vel praeципue requiri, satis superque demonstravi §^o VI. Deinde, quomodo haec duo testium genera, vel probationis vel solemnitatis caussa adhibendorum sibi invicem plane opposita sint, eisdem non video. Lex enim, certum testium ad veritatem iuridicam actus evincendam expostulans numerum, vel ita eum requirit, ut per eum simul constituantur actus, ita, ut eo non adhibito, nullus sit, vel cautelae caussa. Si post: testes habes solum probationis caussa adhibitos, cogites dispositionem Nov. 73. cap. 1. 2. 4. 5. 8. & 9. Si prius testes habes tam solemnitatis; quam probationis caussa simul adhibitos, quosque vides in testamentis: indeque & egregie HARMENOPVLVS¹³⁾ testimonia testamentaria dicit τας ουσατινας μηρυγας id est, uti REINOLDVS¹⁴⁾ interpretatur, testimonia constitutiva. Ipsi enim IUSTINIANO teste Lex ideo maiorem in componendo testamento requirit testium numerum, ut pr ampliores homines perfectissima veritas reveletur, iam cum itaque ex Legis, cuius Iustinianus mentionem facit, sententia maior testium numerus ad componendum testamentum necessarius, & ampliores homines ad perfectissimam testamenti veritatem revelandam necessarii, ceu duo correlata considerentur, prono exinde fluit alveo 1) non esse duo sibi invicem plane opposita, numerum testium & solemnitatis & probationis caussa adesse posse 2) eundem testium numerum, qui ad testamentum componendum requiratur, requiri etiam ad illud probandum, adeoque non verum esse, probationem actus solemnis, per hosce testes, in illo constituendo adhibitos, necessario non expediri, sed quocunque modo absolvit.

Alterum Viri argumentum est hoc: quod nec notio testium solemnium, nec finis, cuius caussa adhibentur, exigant, ut ea, quae ad fidei quaestionem pertinent, coram iudice certa faciant. Dummodo praesen-

13) in Promtuar. Leg. L. I. Tit. 6. §. 53.

14) in variis iur. civ. cap. V.

praesentes actum, cui adhibentur, constituerint, officio suo sunt defun-
 di; idque probare studet ex Imp. GORDIANI¹⁵⁾ Rescripto: Si eun-
 dem, inquietis, numerum adfuisse sine scriptis testamento condito,
 doceri potest, iure civili testamentum factum videri — — explorati
 iuris est. Item IVSTINIANVS Imp.¹⁶⁾ testamentum servari iu-
 ber, cuius tabulae casu corruptae sunt, si aliunde probari possit,
 quid in eo scriptum fuerit. Verum nec hocce argumento, non
 minus eleganti, probata mihi sententia *Viri Cons.* videtur. Neque
 enim primum testium solemnium obstat notio, sed uti modo do-
 cuimus, testes & solemnitatis & probationis causa adhiberi posse,
 non repugnat, neque obstat finis, sed patrocinatur, *Lex etenim*,
 inquit IVSTINIANVS¹⁷⁾, ne quid falsitatem incurrat per duos forte-
 tes compositum testamentum, maiorem numerum testium exposu-
 lat. Iam ponamus veram esse Viri sententiam, num, si cogita-
 mus magnam illam pestiferamque hereditatem, falsiorumque
 cohortem, Legislatorem finem suum consecuturum putabimus?
 Nec obstat Rescriptum GORDIANI Imp. Quaeſio proponeba-
 tur Gordiano Imp. utrum ex testamento nuncupativo impetrari
 quoque posset bonorum possessio? rescribit Imperator, secun-
 dum edictum quidem Praetoris dari tantum B. P. ex iis tabulis,
 quae septem testium signis signatae sunt: sed si aliquis per solam
 nuncupationem testamentum considererit, & eundem numerum ad-
 fuisse sine scriptis testamento condito, doceri possit, tunc videri istud
 testamentum iure civili conditum, & hinc praetorem quoque se-
 cundum illud bonorum dare possessionem. Iam, quamvis negan-
 dum non sit, Imp. GORDIANVM laxius esse loquutum, duos tamen
 ad testamentum nuncupativum probandum testes sufficere, neque di-
 xit, neque concludi potest; Primum enim docuit me V.C. REINOL-
 DVS

15) L. 2. COD. de bon. poss. sec. tab.

16) L. 30. COD. de restamentis.

17) L. 32. COD. de Fideicommissis.



DVS in Opusculis pag. 296. quum laxius videntur loqui Principes, verba eorum, ex analogia certi iuris interpretationem capiant. *) Iam, si vel Rescriptum nostrum explicandum darem de ultimi elegii nuncupati probatione, certi iuris analogia requirit, ut *ad doceri potest*, ita cum V. Cel. TRECKELIO¹⁸⁾, explicem: *ut, si septem testes coram Praetore convenienter, & de ultima defuncti voluntate testimonium preeberent, ex illo etiam daretur B. P. Imp.* enim GORDIANVS ad similitudinem B. P. secundum tabulas etiam ex testamento nuncupativo B. P. deferri posse retribuit. Iam constat, uti §. VII. probavi, Praetorem neutquam in suo edicto novam testandi formam introduxisse, sed tantum ex septem personarum, quas EX LEGE, ceu in Edicto Verris dicitur, hoc est, ex iure civili in testamento per aes & libram adesse oportebat, testamento adiecit signaculis praesumptionem validi testamenti; ex eoque competentis iuris hereditarii cepisse, idoneam omnino, & sufficientem ad B. P. impertiendam. Iam quomodo quaeso! hanc validi verique testamenti nuncupativi praesumptionem capere potuit ex duorum forte testium depositionibus. Deinde certa Lex, IVSTINIANO teste, ad perfectissimam testamenti veritatem revelandam expresse duorum testium reprobavit testimonium, a qua GORDIANVM recessisse eo minus putandum est, quo certius est, observante Viro Cel. PÜTTMANNO¹⁹⁾ rescriptis, quale est nostra Lex, baud solere ius novum constitui. Quod denique ad Constitutionem IVSTINIANI in L. 50. C. de testim. attinet, loquitur ea de controversia quadam veteribus iuris interpretatoribus super validitate testamenti, quod legitimo modo conditum, septemque testium signa habens, postea fortuito casu, vel per ipsius testatoris operam, lino toto, vel plurima eius parte incisa, in ambiguitatem incidit, exorta, quam constitutione hac dirimit IVSTINIANVS, distinguens, an testator linum vel signacula inciderit, utpote eius voluntate mutata vel ex alia quacunque causa id contigerit. Si prius testamentum non valere,

*) V. ECKARD in Hermenev. I. c. V. §. 22r.

18) in Tract. cit. Cap. III. §. 44. pag. 166.

19) in Probabilium iur. civ. lib. sing. t. XIV. pag. 107. in fine & seq.

lere, sin posterius, durante testamento scripto, heredes ad hereditatem vocari. Sed de probatione tabularum aliunde facta ne *quod* quidem in tota lege occurrit. Tertium Viri argumentum hoc est; *quia sufficiat testes in genere sensisse, cui negotio adhibeantur, PAVLLVS Recepit. Sent. Lib. III. Tit. 4. §. 13. cumque VLPIANVS* ²⁰⁾ *& illos admiserit, qui in iudicio testes esse vetantur, ne sunt quidem semper idonei ad probationem testes.* Sed quod ad locum PAVLLI attinet, Sententia Pauli est; *ex his, qui ad testamentum adhibentur, si qui sunt, qui latine nesciant, vel non intelligant, sed tamen sentiant, cui rei intersint, adhibiti non vitiant testamentum.* Sed observavit iam SCHVLTINGIVS ad h. locum, PAVLLVM loqui de testamento scripto, ²¹⁾ cuius tenorem a testibus scrii tempore PAVLLI non erat opus; sed veteres testamenta scripta testibus offerebant, oblaturumque eis tabularum perhibere testimonium postulabant, postea enim, narrante Imp. THEODOSIO in Nov. 9. ex qua L. 21. C. de Testam. desumpta est, *demum iuris antiqui cautelam paullatim mutavit posteritatis imperita praesumtio, & testes exegerunt omnino, quae testamento continentur, agnoscere, quod tamen Impp. THEODOSIVS & VALENTINIANVS hacce constitutione iterum abrogarunt.* Quid vero inde Vir Cons. probare vult? Num ideo non est necesse, ut de tabulis perhibeant testimonium testes? Ipsa sane obstabit tum formula *nuncupationis* a testatore nuncupanda tum antiqua tabularum aperiendarum ratio. Ipsa certe contenta testamenti per eos non poterunt probari, nec eo etiam opus est, cum parent ex tabulis, verum sane de ipsa tabularum veritate testimonium perhibere debebunt, perhibentque ex *lege Theodosiana* per suas subscriptiones. Quod vero denique ad locum VLPIANI attinet in L. 20. §. 5. D. *qui testam. fac. poss. Vlpianus, Eum, inquit, qui lege repetundarum damnatus est, ad testamentum adhiberi posse existimo: quoniam in iudicium testis esse vetatur.* Verum enim vero, quamvis Summi Interpretes Iac. CVIACIVS ad b. L. Fr. HOTO-

K. 2

MAN-

20) L. 20. §. 5. D. *qui testam. fac. poss.*21) Idem & patet ex L. 20. §. 9. D. *codem, collata cum L. 21. pr. D. eodem.*

MANNVS²²⁾, DONELLVS²³⁾ nec non Elbertus LEO NINVS²⁴⁾ legendum hic esse: *adhiberi non posse*: existiment, nec id etiam sine ratione, num enim Vlpianus Lege repetundarum damnatum, cuius bona fisco vindicata erant omnia²⁵⁾, infamia notatum²⁶⁾, indeque in genere testimonium publice dicere prohibitum²⁷⁾, exilio plerunque vel etiam durius deportatione in insulam damnatum²⁸⁾ adeoque mediam capitis deminutionem passum, cum quo ob hanc rem non erat testamenti factio²⁹⁾ testem ad testamentum condendum iudicarit habilem, cum tamen ex iuris ratione ii tantum possint testes esse in testamento, *cum quibus est testimoniatio*³⁰⁾ cumque simili poena punitos inhabiles iudicarit ipse³¹⁾? Quoniam tamen a) me docuit *Guil. BESTIVS*³²⁾ hocce remedium aut intrudendi, aut expellendi dictiōnēm *non*, pessimū esse, & diris execrandū. *Nibil enim*, inquit, *est incertius, nibil audacius, quam si quis omnibus locis, qui difficultate sunt intricati tali, cui solvendae impar est, nulla alia de causa, quam propter ignorantiam suam aut intrudere velit, aut expellere dictiōnēm non, quae stupendae est efficacie, atque unico momento producit sensum priori plane contrarium, sed ingenio interpretis accommodatum.*

Nibil

22) in Lib. I. obser. 21.

23) Lib. 6. Comment. c. 7.

24) Lib. 3. Emend. cap. 13.

25) L. 20. D. de accusat. Nov. CXXIV, c. 2.

26) Cfr. G. L MENCKENII diff. de criminis barattariae sive repetundarum. Vir. 1729. Thes. 22.

27) L. 6. D. de L. Iul. repetund.

28) L. 7. §. 3. D. eod. L. 38. §. m. D. de poenis.

29) L. 1. Cod. de hered. instir. L. 6. §. 2. D. eodem.

30) TRECKELL Tr. cit. cap. III. §. 70. p. 224. V. C. SCHOTTIVS in diff. laudata. §. V. & Ed. HENRYSON in comm. ad Tit. Inst. de testam. ordin. ad §. 6. in MEERMANNI Thes. Iur. T. III. p. 434.

31) in L. 18. §. 1. D. qui testam. fac. poss.

32) in ratione emend. leges. Cap. I.

Nihil manebit integrum, nihil inviolatum, nihilque poterit vocari amplius certum, si huic particulae detur grassandi licentia. Quoniam deinde b) negotio a libro Florentino abest, & c) VLPIANVM nostrum hoc loco tanquam PAVLO³³⁾ contrarium laudat Scholia festi Basilicū ad Lib. XXI. tit. I. p. 554. litt. o, & p. 555. litt. p. recte actionem vulgatam reprobant, eique Florentinam praetulerunt Siegm. Reich. IAVCHIVS³⁴⁾, SCHVLTINGIVS³⁵⁾ atque HILLGERVS³⁶⁾. Sed num ideo caussa mea perdita est? Minime! Disfentit ab VLPIANO PAVLLVS³⁷⁾ Repetundarum damnatus, inquiens, nec ad testamentum, nec ad testimonium adbiberi potest. Nec id mirum, cum, observantibus Viris elegantissimis PÜTTMANN³⁸⁾ & Edm. MERILLIO³⁹⁾ saepe etiam alias PAVLLVM & VLPIANVM inter se dissensisse inveniamus. Nec novum, nec insolens hoc iis videbitur, quibus frequentes veterum ICTORUM dissensiones haud incognitae sunt. Verissime apud TERENTIVM in PHORMIONE II. 4. Hegio.

Quot homines, inquit, tot sententiae: suus cuique mos
Quidquid etiam, bone Tribonianus! in Conſt. de Confirmat. Digestor.
§. 15. nomine IUSTINIANI scribere haud erubisti,

Quamquam iurato metuam tibi credere testi,
illosque, qui nimium creduli, dicam an superstitioni, in omnia tua
K 3 iurant

33) in Sentent. Recept. Lib. III. Tit. IVa. §. 13.

34) in Meditat. crit. de negationibus Pandectis Florentinis partim recte vel male iam adiectis, aut detractis, vel circumscriptis. Amstel. 1728. cap. IV. 33. p. 27. cap. XIII. 9. p. 176. & cap. XIV. 10. pag. 207.

35) ad IVL. PAVLLI Sent. Recept. Lib. III. Tit. IVa. §. 13. nor. 44. in Iurisprud. vet. Anteagustiniana edit. Georg. Henr. AYRERI, Lips. 1737. pag. 344.

36) ad Donellum 6. comment. 7.

37) in L. 15. D. de Testibus.

38) in Probabil. I. C. Lib. sing. cap. V. §. 12. p. 49.

39) in Obf. Lib. I. cap. 33. vide e. gr. VLPIANVM in L 16. §. 3. & L 22. §. 5. D. de lib. cauſ. & Paulum in L 17. D. eod. cfr. V. C. PÜTTMANNVS in var. iuris civ. capitibus. Lips. 1766. cap. II. pag. X.

s²⁴⁾) le-
am sine
n, cuius
ndeque
plerum-
) adeo-
o hanc
n con-
ii tan-
stamen-
dicarit
vs³²⁾)
, pes-
incer-
te sunt
m pro-
tionem
cit sen-
datum.
Nihil

n. Vir.

lauda-
nd §. 6.





িৰাণ বেৰা, অ. *Io. MERCERIVM* ⁴⁰⁾ & *B. H. REINOLDV M* ⁴¹⁾ অবলগ্য। পোতুস ইতকৈ সুস্ক্ৰিবেন্ডুম চেন্সো পাবলো, কুইস সেন্টেন্স কুম ইৰিৰ রাতনে মাগিস কুনভেণ্স প্ৰে ইলা লিপিয়ানি মিহি বিদেৱ। হাইক ফেৰ সুন্ত, কুয়া মিহি দে অৰ্গুমেন্টস দোচিস্মি লাৰিচী, কুমবিস এলেগান্টিস্মিস বিশ সুন্ত।

Caeterum rogatos volumus Viros Celeberrimos Dissentientes, quorum famam & eruditionem colimus ac veneramur, ut sibi persuadeant, quaecunque a nobis dicta sunt, non animo carpendi, sed veritatem propugnandi studio prolata esse, & quemadmodum facile patimur, alias abundare ingenio suo, ita etiam illos nobis sentiendi liberratem hanc invisuros esse speramus, quippe qui hanc veniam petimus, damusque vicilim. Si quis vero meliora atrulerit, argumentaque mea validioribus infregerit, ego certe tunc hoc

Solamen habebo mortis, ab Aemonio, quod sim ingulatus Achille.

40) in Conciliatore pag. ii.

41) in Orat. de Inscriptionibus Legum Digest. & Cod. Dylsb. 1712. §. 23. adiecta Abr. WIELINGII Iurisprud. Restit. pag. 207.



VM 4¹)
cuius
i mihi
tissimi

ientes,
i per-
i, sed
m fa-
is sen-
hanc
atrule-
c hoc

C O R R I G E N D A.

Pag. 16. lin. 22. lege: oblatarumque eis tabularum.

Pag. 32. lin. 12. pro verbis: Atqui ampliores — palam est substitue haec: Lex itaque ceu duo correlata considerat maiorem numerum testium ad componendum testamentum, & ampliores homines, per quos perfectissima testamenti veritas reveletur, ergo certissime ampliores homines, per quos perfectissima veritas reveletur, idem ex legis sententia erunt, qui est maior testium numerus, quem ad componendum testamentum lex expostulat, nam ideo & hanc ipsam ob causam factum est, quod lex praecendarum fraudum falsitatumque causam maiorem ad componendum testamentum expostulaverit testium numerum, ut nempe per ampliores homines possit probari testamentum. Iam vero maior denario testium numerus, quem Lex ad componendum testamentum expostulat, non est ternarius, nec quaternarius, sed septenarius, ergo ampliores duobus homines, per quos perfectissima testamenti veritas revelari debet, etiam non erunt tres, aut quatuor aut plures, sed praecise septem idem.



COKRIGEND.

De vaders die anderend do legt ze all de dyl
x. I. geestelijc hant — vaderschaps dyl — 21. dit mit
ditte minnenhant hi vaderschaps dyl — conveenientie conveenientie
COKRIGEND. — De vaders die anderend do legt ze all de dyl
x. I. geestelijc hant — vaderschaps dyl — 21. dit mit
ditte minnenhant hi vaderschaps dyl — conveenientie conveenientie
COKRIGEND. — De vaders die anderend do legt ze all de dyl
x. I. geestelijc hant — vaderschaps dyl — 21. dit mit
ditte minnenhant hi vaderschaps dyl — conveenientie conveenientie
COKRIGEND. — De vaders die anderend do legt ze all de dyl
x. I. geestelijc hant — vaderschaps dyl — 21. dit mit
ditte minnenhant hi vaderschaps dyl — conveenientie conveenientie
COKRIGEND. — De vaders die anderend do legt ze all de dyl
x. I. geestelijc hant — vaderschaps dyl — 21. dit mit
ditte minnenhant hi vaderschaps dyl — conveenientie conveenientie

Halle, Diss., 1777/78

VD18

ULB Halle
002 187 604

3



f

sb





B.I.G.

Black

Farbkarte #13

Cyan

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20

DE
TESTAMENTI PRIVATI
SOLEMNIS,
A TESTATORE CONDITI,
PROBATIONE,

P E R
SEPTEM TESTES, IN EO ORDINANDO
ADHIBITOS, INSTITVENDA.

ILLVSTR. ICTOR. ORDIN. AVCTORIT.

PRO
GRADV DOCTORIS
RITE OBTINENDO
DIE XII. APRIL CIO IO CCLXXVII.
DISPVTABIT
CHRISTIANVS FRIDERICVS GLÜCK
HALENSIS.

HALAE,
EX OFFICINA GRVNERTIANA.